This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

EY
LDH
HGs

STANFORD LAW LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

SVCCVS
IVRIS CIVILIS
COMMVNIS.

Digitized by Google

IVRIS CIVILIS

Digitized by Google

SVCCVS IVRIS CIVILIS COMMVNIS

Quod viget hodie, expressus

cum probatis

PRINCIPIIS, ET CONCLVSIONIBVS

à D. Præposito

GEORGIO HIPPOLYTO DE GEORGIIS

IVRIS CONSVLTO PLACENTINO,

Et in Parmensi Vniuersitate Antemeridiano

Iuris Cæsarei

PRIMARIO LECTORE,

Noua, & accurata Methodo.

PLACENTIÆ MDCCXI

In Ducali Typographia Lealdi Leandri Bazachij.
Superiorum permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS
LECTORI. S.

PVblicà donatus luce prodit aliquando beneficio Typorum meorum GEORGIJ HIPPOLYTI DE GEORGIJS Succus Iuris Ciuilis. Nihil te moror, quisquis hæc legis, quem nec Auctor, nec Liber hucusque latuerint; veritus ne si vtrumque apud te laudem, laudanti fortasse subirascaris, quasi de tuò vtriusque existimatione dubitem cum noueris vtrumque. Quod si tam longè dissitus es, vt sis pariter extra vtriusque famam, hæc habe,

GEORGIVS HIPPOLYTVS DE GEORGIJS, Patriâ Placentinus, toto septuagenariæ ferè Vitæ curriculo, quod sex abhinc annis dimensus est, Vir magni Nominis fuit, amplissimis Mentis, & Animi Ornamentis conspicuus. Ingenium a Naturâ acceperat erectum æquè, & capax: cumque ab ineunte ætate illud in bonis Artibus, ac Disciplinis perpetuo studio, & diligentiâ exercuerit, earum plurimas deinde tradidit, cum plures adhuc tradere potuisset. Et quidem multa varij generis Documenta post se reliquit: theoricas nempe præter Disputationes, quas subtiliore curâ ad acuenda iuuenum ingenia in Scholis concinnauit cum traderet Iurisprudentiam, Responsa quoque de ciuilibus Negotijs, & de christiani hominis Officijs, diuinarum pariter, & humanarum Legum Interpres elucubrauit. Addè his Eloquentiæ Rudimenta, quam iunior adhuc in Patriâ professus est; & in quâ deinde summo cum ingenio, & nec minore cum laude floruit. Nam eloquio spectandus vrbano, & multò spectabilior sacro, homines interdum ad Pietatem pro suggestu hortatus est; interdum Cœlites inter Sacra, interdum etiam summos Viros, ac Principes publicis in Academijs magnificâ oratione exornauit. Verùm enimuerò, publico nimio plus detrimento, delitescunt hæc ferè omnia in abdito Hereditatis eius: quę tamen si legere liceret nobis, voluptatem quidem absolutæ Orationis perciperemus, sed quam minùs integram faceret desiderium Oratoris; quippe qui cum optimè scriberet, meliùs tamen

loque-

loquebatur. Hic verò libens prætermitto reliqua GEORGII Scripta, quæ publicâ fruuntur luce, nisi dicere mauis, quibus fruitur lux publica: glorioſiùs porcinente Famâ de diſertiſſimis illis Gratiarum Actionibus, quas ille vel Principibus ſuis ex Cathedris, cum ſemel & iterum ad erudiendam in Dominâ rerum Iuriſprudentiâ Iuuentutem accitus fuit; vel ſacro Iuriſprudentium Senatui, quoties ipſe iuris Antiſtite ſummos Honores, Iuris ſcientiæ Candidatis decernerent, peregit: in quo dicendi genere quemadmodum, nemine omnium inuidente, cæteris excelluit, ita etiam omnibus placuit. Celebrantur adhuc magnificentiùs dramatica eiuſdem Opera; quorum ſanctioribus Spectaculis reuocata aliquando ad deperditam iamdudum priſcæ originis nobilitatem Italorum Theatra ſenſerunt iterum, ſe ſe Morum corruptelæ non inſeruire, ſed integritati: idque præterea longè amplißimum conſecuta ſunt, vt heroicæ Virtutis eundem ipſum redderent vultum, habitumque, quo mallet ipſa ſpectari. Sanè cuilibet ex hiſce veſtigiis liquere opinor, Scriptorem hunc eximium tantum Literarum hauſiſſe, quanto perfici plures poſſint. Quicquid autem tenuit tantâ cum dexteritate tractauit, vt cum amœnioribus Literis robur indideris, auſterioribus amœnitatem, nihil tamen illis venuſtatis detraxerit, his verò nihil dignitatis; atque eiuſmodi temperamento id conſecutus eſt, vt Hominibus amabiliorem feceris Sapientiam, & Homines Sapientiæ amantiores. Iamuero

Iamuerò tam præclarum Ingenium pari Morum elegantià, integritateque GEORGIVS HIPPOLYTVS ornauit. Sed ne totam Virtutum amplitudinem percurram, vt singulas illius indigitem, paucis omnia perstringam: Iustus fuit perinde ac Leges. Tantùm elogij haud aliquis suspectum habebit, postquam diligenter animaduerterit magnam, quam apud omnes Ordines consecutus est, existimationem non minore Merito constare potuisse. Profectò neminem vnquam tam leuiter pupugit cura decoris, vel utilitatis, quæ ex Bonorum consuetudine est, quin ad GEORGIVM frequens contenderit. Ille autem facilis cum dignitate, cum comitate grauis, simplex cum prudentià, sine fuco benignus, ita omnes excipiebat, ita detinebat omnes, vt perfectiores (quod vnicè spectabat), studiosiores sui (quod sponte suboriebatur) semper dimitteret: & quod contra euenire sæpe solet, plerumque accidebat, vt quem prius ex rebus publicè gestis impensè colerent, eundem ex ipsa consuetudine studiosiùs admirarentur. Sacerdotio insignitum sacri Antistites statim in partem curarum, parte Gregis commissà, vocarunt; eundemque ipsum ex alijs deinceps ad alia rerum sacrarum Munia, sacrosque Magistratus euexerunt: prouido sanè consilio, vt & tam magna Virtus altiore luceret e candelabro, nec modicis addiceretur Ouibus, qui rati Gregi sufficisset. Ille enimuerò tam firma christiani Cultus Monumenta posuit, vt etiam nunc rei Sacræ prosit, postquam est sublatus. Nimirum, quanuis omnium

perspicuisses iterum revocasset, patuit ex uberrimo electionis fructu, quàm digna maximo utroque rerum Æstimatore fuerit electio. Georgius siquidem & ex minore primùm, & postea ex principe antemeridianò Cathedrò, per plures annos semper Legas eà mente interpretatus est, quà condere potuisset: omniumque Gentium Adolescentes, ad eam Sapientiam, quæ ex pulchritudine senatorij cuiusdam decoris in illo enitentis, quoque pulchriùs ab eius ore quodammodo erumpebat, undique affluentes, iisdem planè praeceptis monebat, quibus se ipsum; allocutosque ex publico Loco pro suo munere, fructuosiùs etiam pro suâ humanitate apud Lares privatos instituebat. Deprehendit autem acerrimi Vir Iudicij ad Ingeniorum Caticulum, quàm difficilis esset Facultas, quæ difficillimè adiscebatur. Quamobrem ad officium, amorumque suum pertinere existimavit, si & illius vastitatem in arctiorem, magisque perspicuam Methodum cogeret, & arduitatem, dirutâ antiquitate, planam faceret. Nam ut de Ordine dicamus, teste experientiâ, opportuno in expeditioribus ne involuantur, in involutissimis pernecessario ut extricemur, certè Vetustatis perscrutatio prodesse si potest ad referendam pro solidiore captu ad origines suas Iurisprudentiam, officit tamen, nisi in evaluendis Originibus ipsis, peritiore Historiarum præsidio, ut destitutâ plerumque videmus rudiorem adhuc ætatem, retrò agi in sæculorum ambagibus possimus ad Romanæ usque Reipublicæ incunabula, & rudera; in

quibus

quibus illæ desinescunt. Id itaque præstitit Auctor hoc suo in Libro, non inuidiosè tamen; quandoquidem Antiquitatem ipsam hinc voluit eliminatam, sed ita, vt in Auctorum locis, quæ vnicuique paginæ adiecta visuntur, eiusdem indigitaret vestigia, quibus insistant tum demum Ingenia, cum viribus validiora, non imparia tentando itineri sibi videbuntur euasisse. Formam Syntagmatis, totiusque Tractationis nitorem, quibus Auctor pro intentione suà diligentissimè studuit, per Te ipsum, Lector humanissime, in subiectà Synopsi, totoque ipso Opere videbis, omnia ad captum perspicua, ad memoriam methodica, circumscripta ad vtrumque. Nimirum GEORGIVS, vt erat in scribendo præstantissimus, succosà Scriptione consecutus est, vt & Titulo, quo inscribitur, Liber conueniret, & cum pretio breuitatis alterum coniungeretur claritatis. Contigit autem huiuscemodi Opellæ quod Thesauris, vt quò penitùs abduntur, auidiùs perquirantur. Tametsi enim propter Auctoris Diligentiam concinnatum fuerit Opusculum ad priuatam Vtilitatem, non ad apertam Editionem propter Modestiam, cœpit tamen, vt primùm ab vno aut altero impetratum fuit, per omnium deinde manus circumferri, atque ab omnibus transcribi: adeò vt nemo fermè sit, qui Iurisprudentiam aggrediatur, quin priùs Opellam hanc ipsam eò intentiore curà, quò maiore spe fructus, sibi rescribere adlaboret. Ego in publicæ vtilitatis Studio alicui nunquam cessi, nisi fortè GEORGIO nostro. Quid ni ergo pre-

ciosum

eiusdem tanti Auctoris Libellum prius meis imprimerem, vt ab huiusmodi molestiâ liberarem quoquot in id Studium se sunt imposterum abdituri. Feci, & quidem peruolenti animo: prodeuntemque Librum immortali Auctoris Nomini, cartoque Adolescentium Profectui nuncupo. Vale.

INDEX

INDEX
METHODI HVIVS SVCCI.
Præludia.

§. I. NAtura Legis in genere. pag. 1
§. II. Iustitia, & Ius. 2
§. III. Partes Iuris Ciuilis Communis. 4
§. IV. Quomodo dicta Partes Iuris Ciuilis Communis habeant vim Legis. 7

Primum Obiectum Iuris, Personæ.

§. I. STatus Hominum, seu Personarum. 9
§. II. Prima Hominum Diuisio, in Liberos, & Seruos. 9
§. III. Secunda Diuisio Hominum, in Ciues, & Peregrinos. 11
§. IV. Tertia Diuisio Hominum, sui, & alieni Iuris. 11
§. V. Dominica Potestas. 12
§. VI. Patria Potestas. 13
§. VII. Nuptiæ, prima Causa Patriæ Potestatis. 14
§. VIII. Legitimatio, secunda Causa Patriæ Potestatis. 19
§. IX. Adoptio, tertia Causa Patriæ Potestatis. 20
Adoptio in Specie. 20
Arrogatio. 21
Communia vtrique Adoptioni. 22
§. X. Modi soluendi Patriam Potestatem. 23

† §. XI.

Digitized by Google

§ XI. *Personæ sui Iuris sub Tutela* 25
Testamentaria Tutela. 25
Legitima Tutela. 27
Datiua Tutela. 28
Communia omnibus Tutelis. 29
§. XII. *Personæ sui Iuris sub Cura.* 30
§. XIII. *Communia Tutelæ, & Curæ.* 32

Secundum Obiectum Iuris, Res.

§. I. *RErum Diuisio.* 35

Prima Pars Iuris Rerum,

Ius in Re.

§ I. *PRimum Ius in Re, Dominium.* 38
§ II. *Modi acquirendi Dominij de Iure gentium.* 39
Occupatio Vera. 39
Occupatio Ficta. 42
§ III. *Modi acquirendi Dominij de Iure Ciuili.* 46
Præscriptio. 47
Donatio. 50
§ IV. *Ius in Re in mera Qualitate.* 53
Possessio. 53
Hypotheca. 55
Seruitus. 56
§ V. *Quidam Domini nequeunt; quidam non Domini* *queunt*

Digitized by Google

queunt alienare. 59
§. VI. Aliqui non acquirunt Dominium sibi, sed alijs. 60
§. VII. Ius in Re Hæreditarium ex Successione ex Testamento. 62
Successio ex Testamento. 63
Testamenti Diuisio. 63
Forma Testamenti. 66
Modi instituendi. 68
Infirmatio Testamenti. 71
Effectus Aditionis Hæreditatis. 75
§. VIII. Ius Hæreditarium ex Substitutione Directa. 76
Vulgaris. 77
Pupillaris. 79
Exemplaris. 81
Reciproca, & Compendiosa. 82
§. IX. Ius in Re ex Substitutione Obliqua. 83
§. X. Ius in Re ex Legatis. 85
Variæ Formæ legandi. 89
Incrementum, & Decrementum Legati. 92
Ademptio Legatorum. 92
Effectus Legatorum. 93
§. XI. Ius in Re ex Successione ab intestato. 95
Successio Descendentium. 96
Successio Ascendentium. 99
Successio Collateralium. 101
Successiones ab intestato extra ordinem. 103

Digitized by Google

Secunda Pars Iuris Rerum,

Ius ad Rem.

§. I. *Obligatio in genere.* 105
Naturalis Obligatio. 105
Ciuilis Obligatio. 107
Mixta Obligatio. 107
Obligationum Diuisio. 108
§. II. *Contractus in genere.* 109
Contractus Proprietates. 110
Praestanda in Contractibus. 111
Contractuum Diuisiones. 112
§. III. *Contractus Reales.* 113
Mutuum. 113
Indebitum. 114
Commodatum. 115
Depositum. 116
Pignus. 117
§. IV. *Contractus ex Verbis, seu Verborum obligatio.* 118
Accessorium Stipulationis, Fideiussio. 123
§. V. *Literarum Obligatio.* 127
§. VI. *Contractus Consensuales.* 128
Emptio, Venditio. 128
Locatio, Conductio. 132
Societas. 135
Mandatum. 136
§. VII. *Quasi Contractus.* 137
§. VIII. *Modi tollendæ Obligationis.* 138

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. *Ius ad Rem ex Maleficijs.* 141
Furtum. 141
Rapina. 143
Damnum. 144
Iniuria. 146
§. X. *Ius ad rem ex Quasi Maleficio.* 149
Imperitia. 149
Deiectio. 150
Suspensio rei nocituræ. 150
Damnum ab Exercitoribus. 151

Tertium Obiectum Iuris,

Actiones.

§. I. *Actiones in genere.* 153
§. II. *Actiones in Rem, & in Personam.* 155
§. III. *Actiones Reales Ciuiles.* 156
Rei Vendicatio. 156
Confessoria, & Negatoria. 157
§. IV. *Actiones Reales Prætoriæ.* 158
Publiciana. 158
Rescissoria. 159
Pauliana. 159
Seruiana. 160
Quasi Seruiana. 160
§. V. *Actiones in Personam Ciuiles, & Prætoriæ.* 161
Actiones Prætoriæ in Personam ex Conuentione propria. 161

Actiones

Digitized by Google

Actiones Prætoriæ in Personam ex Conuentione aliena. 162
Actiones Prætoriæ in Personam ex Delicto proprio 164
Actiones Prætoriæ in Personam ex Delicto alieno. 165
Actiones Præiudiciales. 166
§. VI. *Nomen Generale Actionũ in Rem, & in Personã.* 166
§. VII. *Actiones Mixtæ in Rem, & Personam.* 168
§. VIII. *Actiones Persecutoriæ vel Rei, vel Pœnæ, vel vtriusque.* 169
Actiones Persecutoriæ Rei. 170
Actiones Pœnales. 171
Actiones Mixtæ. 172
Actiones in Simplum, Duplum, Triplum, Quadruplum. 172
§. IX. *Actiones Bonæ fidei, & stricti Iuris.* 174
§. X. *Actiones Arbitrariæ.* 177
§. XI. *Actiones in solidum, & imminutæ ex Beneficio Competentiæ.* 178
§. XII. *Actiones Directæ, Obliquæ, Contrariæ, Vtiles.* 179
§. XIII *Actiones Perpetuæ, & Temporales.* 180
§. XIV. *Actiones Transmissibiles, & Intransmissibiles.* 182
§. XV. *Actiones minùs propriæ, seu Interdicta.* 183
Interdicta Adipiscendæ. 185
Interdicta Retinendæ. 187
Interdicta Recuperandæ. 188
§. XVI. *Breues Aphorismi circa Iudicia.* 189
Partes Actoris. 190
Partes Rei. 193
Partes Iudicis. 194

Pro

Digitized by Google

PRo Reuerendiſſimo Patre Archangelo Morbelli Inquiſitore Placentiæ, vidi Ego Petrus Franciſcus Paſſerini de vtroque Collegio Doctorum, & Iudicum, Librum, cui Titulus, *Succus Iuris Ciuilis Communis, quod viget hodie, expreſſus ex probatis Principijs, & Concluſionibus à D. Georgio Hippolyto de Georgijs etc.* & imprimendum iudico non tam ad commune bonum, quàm vt in Æuum maneat illuſtre nomen Authoris.

Placentiæ 10. Kal. Nouembris 1708.

Stante ſupradicta Atteſtatione

Imprimatur Liber, cuius Titulus, Succus Iuris Ciuilis Communis, quod viget &c.

I. Brugnatelli P. Vic. Gen.

Fr. Angelus Maria Beretti Vicar. Gen. S. Offic. Plac.

Sempron. de Sempronijs Præſ. D.C.

Errata

Digitized by Google

	Errata	Corrige
Fol. 11. §. 4. n. 1. lin. ult.	Dominum	Dominium
Fol 12. lin. 2.	*l. Pronunciatio familiæ*	*l. pronunciatio. §. familiæ*
Fol. 14. n. 5. lin. 1.	Familiam	familia.
Fol. 25. §. 15. n. 2. lin. pen.	assignantur	assignatur
Fol. 32. §. 13. n. 3. lin. 1.	iuxta	iuita
Fol. 35. §. 1. n. 4. lin. 4.	*c. non. 51.*	*c. semel. 51.*
Fol. 63. n. 5. lin. 3.	noſtra	noſtræ
Fol. 64. lin. 3.	vltimum	vltimum
Fol. 70. n. 30. lin. 2.	Au ſeu: Quando	An: ſeu Quando
Fol. 90. n. 14. lin. 14.	vbi antem	vbi autem
Fol. 91. lin. 1.	*l. quid egro*	*l. quid ergo*
Fol. 98. n. 10. lin. 4.	*cap. 1. ſic tamen*	*cap. 1. §. ſic tamen*
Fol. 106. n. 6. lin. 6.	Fillo	Filio
Fol. 112. n. 7. lin. 6.	*ff. oblig. & act.*	*ff. de oblig. & act.*
Fol. 129. in not. litt. g.	poſſet agere	poſſe agere
Fol. 133. n. 19. lin. 5.	*ff. loca.*	*ff. locat.*
Fol. 144. n. 9. lin. 3.	*Cui ecius*	*Cuiacius*
Fol. 145. lin. 2.	fiat	fuit
Fol. 148. n. 20. lin. 5.	remiſſa	remiſſa
Fol. 152. n. 7. lin. 3.	perſecutoria	perſecutoria
Fol. 152. ibid. lin. 6.	*autem*	*autem*
Fol. 160. in not. litt. i.	*Qua res*	*qua res*
Fol. 165. in not. litt. x.	*fuiſſ. dic.*	*feciſſ. dic.*
Fol. 167. in not. litt. f.	vtiliora	vtilior
Fol. 173. n. 26. lin. 7.	*ff. de calumniar.*	*ff. de calumniat.*
Ibid. lin. 8.	Condictio ex; lege	condictio ex lege
Fol. 181. in not. litt. h.	ſingularium	ſingularum
Fol. 183. in not. litt. d.	*ad*	*aa*
Fol. 184. in not. ſub litt. e.	de ſuperficitibus	de ſuperficiebus
Fol. 186.	XIII.	VIII.
Fol. 186. n. 13. lin. 3.	ſibi	ſibi
Fol. 191. n. 10. lin. 7.	rei iudicata	rei iudicatæ
Fol. 194. in notis litt. f.	*infra*	infra

PRÆLV

Digitized by Google

PRÆLVDIA.

§. I.

Natura Legis in genere.

I. LEgis aptior etymologia traditur a *D. Thoma* 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 1., nempe a ligando; quia subditos ligat, seu obligat. Quò ad rem est: Regula iusti, atque iniusti, præscripta a Legislatore Communitati ob Bonum commune. Hinc Lex quę fertur non pro Communitate, sed pro Priuatis, non dicitur Lex, sed Priuilegium *c. priuilegia* 3. *& ibi Gloss. dist.* 3.

II. Legis Causa efficiens est legitimus Legislator. Is vt talis sit; duo debent in eo concurrere, Potestas, & Voluntas: Potestas consistit in Iure maiestatis; quod residet in solo supremo Principe: Voluntas in animo eiusdem Principis, obligandi Subditos.

III. Ex hac causa efficiente diuiditur Lex in Naturalem, & Positiuam. Prior habet pro causa efficiente Naturam ipsam; naturali quippe lumine rationis nobis promulgatur; diciturq; Naturalis, quasi nobiscum nata.

IV. Positiua habet pro causa efficiente Legislatorem certum, & determinatum; & dicitur Positiua, quasi posita a libera voluntate supremæ alicuius Maiestatis. Ea vel est Diuina, seu posita a Deo, & continetur in Decalogo: vel est Humana; & dicitur vel Ecclesiastica, seu Canonica, quando posita est a Potestate spirituali; vel Sæcularis, seu Ciuilis, quando posita est a Potestate temporali.

V. Materia Legis alia potest dici Obiectiua, seu Quæ; alia Subiectiua, seu Cui: primam constituunt Actus humani; hoc est qui sunt Voluntarij, seu eliciuntur per liberam electionem: alteram constituunt Subditi.

VI. Forma Legis vel sumitur a respectu ad ipsos Actus humanos, qui imperantur; vel ad Voluntatem Legislatoris imperantis. Primo respectu conflatur ex rationabilitate, & possibilitate ipsius Actus: ex qua Possibilitate profluit, quòd lex debet esse sufficienter promulgata[a];

[a] An Lex statim a promulgatione, & a quo tempore obliget. *V. Vinn. ad Inst. Tit. de Iur. nat. gent. & ciuil. §. constat autem* 2. 2.

aliquin non redditur possibilis. Secundo respectu consistit in Obligatione, quam Legislatoris Voluntas veluti affigit ipsi Actui.

VII. Ex hac vtraque forma, resultante ex duplici respectu, oritur, quòd in Lege duplex Vis consideratur: alia est Directiua, fluens a ratione, & intellectu: alia est Coactiua, deriuans a Placito, & Voluntate Legislatoris. Hinc differunt Lex, & Consilium; Lex vtranque vim complectitur; Consilium regulatur tantùm a Directiua: adeoque contraueniens Legi punitur, non verò Consilio.

VIII. Causa Finalis Legis est Conseruatio Iustitiæ in ipsis Actibus ad Bonum commune.

§. II.

Iustitia, et Ius.

I. IVstitia sita est in illa Æqualitate, quæ resultat inter id, quod Iustum est, & Regulam ipsius Justi. Hinc *Cic. 1. De orat.* vocat Iustitiam, Legitimam, atque vsitatam in rebus, causisque Ciuium æqualitatem; & huius conseruationem, ait, esse finem Iuris Ciuilis [a].

II. Dicitur generaliter Iustitia in *l. 10. ff. de Iust. & Iur.*: Constans, & perpetua voluntas Ius suum cuique tribuendi. Est enim Habitus moralis ipsius Voluntatis, eandem inclinans ad suum cuique tribuendum. Dixi, Generaliter; non enim Iustitia refertur tantùm ad Contractus, & Commutationes, sed ad omnia, circa quæ potest versari Iustitia [b].

III. Iustitia alia est Vniuersalis. Hæc disponit singulas Partes ad bonum Totius, seu Reipublicæ; & est idem ac Virtus in genere: dicitur quippe Virtus, prout est Habitus animi: dicitur Iustitia, prout consideratur in ordine ad alterum; hoc est vt Conseruatrix Societatis ciuilis.

IV. Alia est Particularis. Hæc quando disponit Partem ad Partem, seu Ciuem ad Ciuem, dicitur Commutatiua, quæ fundatur in Proportione Arithmetica inter res: quando dirigit Totum, seu Rempublicam ad Partes, seu Ciues, appellatur Distributiua, quæ fundatur in Proportione Geometrica, respiciente personarum exigentiam.

V. A Iustitia, tanquam a forma, deriuatur, & recipit suum esse Ius: hinc tale nomen tribuitur cuicumque Actui, habenti aliquo pacto relationem ad Iustitiam [c]. Sic quamuis propriè Ius dicatur de Iusto,

a *Sutholt. Dissert. 1. ad Instit. n. 20.*
b *D. Thom. 2. 2. Quæst. 58. art. 11.*
c *Vinn. ad Tit. Instit. de Iust. & Iur.*

quod

quod præcipitur, vſurpatur tamen & de ipſa Lege, quæ præcipit; & extenditur ad omnem Facultatem, Perſonis iuſtè competentem: immò prædicatur de ipſa etiam Diſciplina Iuris; & iuxta hanc vſurpationem dicitur in *l.* 1. *ff. De Iuſt. & Iur.* quod Ius eſt Ars boni, & æqui: qua definitione deſignatur Iuriſprudentia, dicta in *l.* 10. §. 2. *ff. de Iuſt. & Iur.* Diuinarum, atq; humanarum rerum notitia, iuſti, atque iniuſti ſcientia; totum enim Officium Iuriſprudentiæ verſatur in interpretando Iuſtum in quibuſcumque Rebus tam ſacris, quàm profanis.

VI. Hæc Interpretatio circa Ius, ſeu Iuſtum, non ſemper habet locum; nam ſi Lex Iuſtum præcipiens eſt clara, ſeruanda eſt, quantiis videatur aſperior. *l. proſpexit* §. 1. *ff. qui, & a quib. manum.*

VII. Interpretatio ergo admittitur tantùm quando Legislator ſenſit vel plus, vel minus, quàm expreſſit. Primo in caſu interpretatio dicitur Extenſiua: hæc locum habet in Iure communi *l. non poſſunt* 12. *ff. de ll.*, at non in ſingulari *l. quod verò* 14. *ff. eod.* In ſecundo caſu dicitur Reſtrictiua: hæc fundatur in Regula, quòd: Ceſſante legis ratione ceſſat diſpoſitio. Vt tamen procedat eiuſmodi Regula, tria exiguntur: primum eſt, quòd Ratio ceſſet in communi; ſecundum eſt, quòd ceſſet Ratio totalis; tertium, quòd ceſſet Cauſa principalis, ſeu finalis, & motiua; non verò ſola ſecundaria, impulſiua, & obliqua [d].

VIII. Ius, ſeu Iuſtum, aliud Publicum, aliud Priuatum: primum ſpectat ad Statum Reipublicæ; alterum ad Priuatorum Vtilitatem. Vtrumque eſt vel Naturale, vel Ciuile. §. *fin. Inſtit. de Iuſt. & Iur.* Naturale, aliud eſt tale in ſpecie; & definitur in *pr. Inſt. de Iur. nat. Gent. & Ciuil.* Quod Natura omnia Animalia docuit; nempe Homines per Rationem, Bruta per Inſtinctum: exempla ſunt, Maris, & Fœminæ coniunctio; Liberorum procreatio, & educatio, Defenſio.

IX. Naturale aliud appellatur Ius Gentium, quod in §. *Ius autem*, *Inſt. eod.* dicitur eſſe illud, quod naturalis Ratio inter omnes Homines conſtituit. Hoc diuidiur in Primæuum, quod naturali ratione inductum fuit ſtatim ac Gentes eſſe cœperunt: exempla ſunt, Religio erga Deum, Obedientia Patriæ, & Parentibus, Seruare fidem, Obſeruantia Præceptorum Decalogi: & in Secundarium, quod inductum eſt Ratiocinatione, exigente vſu, & neceſſitate tuendæ vniuerſæ Societatis humanæ: exempla ſunt Dominiorum diſtinctio, Bella, & bellorum Iura, Captiuitates, Seruitutes, Manumiſſiones, Contractus, Nummorum Introductio, Obligationes, Actiones.

[d] *V. ad materiam Corvin. contr. Illuſtr. lib. 1. contr. 3. a n. 232.*

Digitized by Google

X. Ius Ciuile est, quod constitutum fuit pro vtilitate cuiuslibet Populi. Diuiditur autem Ius Ciuile in Commune, & Particulare. Commune est Ius Ciuile Romanorum; & dicitur Commune, quia vsu acceptatum fuit apud pleraſque Gentes; & de hoc in §. ſeq. Particulare est, quod pro vnaquaque Ciuitate constitutum est; & solet appellari Ius Municipale, seu Ius Statutarium; quod tamen respectu talis Ciuitatis constituit Ius Commune, quamuis non in genere, sed in specie.

XI. Iuris, seu Iusti Principia dicuntur Praecepta Iuris. Quamuis haec sint plura, tria tamen sunt principaliora: primum, Honeste viuere; secundum, Alterum non ladere; tertium, Suum vnicuique tribuere. §. 3. *Inſt. de Iuſt. & Iur.*

XII. Non omne Ius tum pendet a Iure scripto, seu expresso; sed etiam ex non scripto, seu tacito. Hoc vltimum dicitur Consuetudo; quae inducitur factis, & moribus alicuius Populi: ad hoc vt habeat Vim legis, praeter rationabilitatem, temporis diuturnitatem, & actuum frequentiam; debet esse inducta vel a Populo libero, vel approbata a Principe [e].

[e] *Barbos. Diſſert. 1. n. 88. poſt D. Thom. 1. 2. Q. 7. art. 3. ad 3.*

§. III.

Partes Iuris Ciuilis Communis.

I. IVs Ciuile Commune est Romanorum, quod solet etiam dici Imperatorium, seu Caesareum. Hoc fuit conditum partim ante Diuisionem Romani Imperij in Occidentale, & Orientale; partim post dictam diuisionem.

II. Ante Diuisionem compositum vocatur Corpus Iuris Ciuilis, seu Iustinianei, Id continet quatuor Volumina; & sunt 1. Institutiones; 2. Digestum; 3. Codex; 4. Authenticum.

III. Instituta, seu Institutiones editae sunt post Digestum, & ante secundum Codicem, quem nunc habemus: continet quatuor Libros; Libri diuiduntur in Titulos; & Tituli in Paragraphos.

IV. Allegantur Libri Institutionum duobus modis: interdum praemittitur titulus, & subnectitur principium, vel paragraphus; interdum praeponitur principium, vel paragraphus, & subnectitur titulus. Exempla sunt.

Inſt. de iuſtitia, & iur. §. iuris praecepta.
Princ. inſt. de haered. qualit. & diff.
§. emancipatos. Inſt. de ex haered. liber

V. Digo

V. Digestum sic dicitur, quia in eo Iura certo ordine sunt digesta ex veteri Iure, a Romulo vsque ad Iustinianum. Appellatur etiam Pandectæ, quæ vox significat Comprehensionem omnium materiarum Iuris. Diuiditur in quinquaginta Libros, qui solent tribus Voluminibus distribuis primum dicitur Digestum Vetus, & habet libros 24; secundum Infortiatum, & habet libros 14; tertium Nouum; & habet libros 12.

VI. Allegatur Digestum vel sine vlla nota; vel per D. magnum; vel per duo *f.* coniuncta, vt *ff.*, exprimendo priùs titulum, deinde prima verba legis, quod facit Glossa; vel priùs legem, deinde titulum, quod est frequentius in vsu: & aliquando allegatur lex per solum numerum; aliquando per solas voces initiales; aliquando per voces, & numerum. Exempla sint.

ff. de inoff. testam. l. Papinianus. §. 10.
l. Seruius. §. si aqua. ff. de riu.
l. 11. §. 4. ad l. Falcid.
l. Papinianus 8. §. si conditioni. 10. de inoff. testam.

VII. Codex, quem hodie habemus, dicitur Codex repetitæ prælectionis; quia postquam Iustinianus iussit compilari ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano suum Codicem, quem appellauit Iustinianeum, & qui hodie non extat, hunc post Institutionum editionem iussit compilari, & ampliari; & Codex sic emendatus est ille, quo hodie vtimur. Diuiditur in Libros 12. quorum vltimi tres longè post primos nouem sunt compositi: hinc separatim continentur in Volumine, quo clauduntur Institutiones, & Authentica.

VIII. In Codice adsunt & Leges collectæ ex Rescriptis Imperatorum, & Authenticæ, quæ ex Nouellis, seu Authenticis Iustiniani ab Irnerio in epitomen sunt redactæ, & Codici sub conuenientibus Titulis insertæ. Vtræque allegantur vel præmittendo, vel postponendo titulum, qui notatur magno *C.*, & Leges signantur paruo *l.* cum puncto; Authenticæ autem cum hac nota *Auth.*: & vbi allegantur Tituli trium posteriorum Librorum Codicis, additur numerus libri. Id sic declaratur exemplis.

l. properandum 13. §. cum autem 4. C. de iudic.

Vel hoc modo per solum numerum.

l. 13. §. 4. C. de iudic.

Vel *C. de iudic. l. properandum, &c.*
Auth. generaliter. C. de episc. & cler.
l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10.

IX. Au-

IX. Authenticum continet nouem Collationes Nouellarum Constitutionum Iustiniani, post Codicem identidem conditas, & postea ab ignoto Auctore in vnum Volumen redactas. Quælibet Collatio subdiuiditur in Titulos, & Titulus in Capita, vel Paragraphos. Ad differentiam Authenticarum insertarum Codici, in allegando Nouellas dicitur *Authentico*, non *Authentica*, licèt vtraque vox breuietur eodem modo.

X. Duobus autem modis allegantur istæ Collationes: vel enim cum præpositione *In* præmittitur nota Authentici, & deinde apponitur titulus cum paragrapho, & additur numerus Collationis, v. g.

In Authent. de lenon. §. sancimus. Collat. 3.

Vel allegatur quota Nouellæ, & capitis, addita expressione tituli, v. g.

Nouell. 119. cap. hoc quoque 4. vt sponsal. larg.

XI. Hisce Collationibus adduntur in nonnullis Editionibus Iustiniani Edicta tredecim, Iustini Constitutiones quinque, Tiberij quinque, aliæ aliquot Constitutiones Iustiniani, Iustini, & Tiberij, Nouellæ Leonis Imperatoris centum tredecim, & Constitutiones aliquot Imperatorum Iuris Orientalis.

XII. Ius ciuile commune Romanorum conditum post Diuisionem Imperij, dicitur Ius Occidentale: diuiditur in Consuetudines Feudales, & in Constitutiones Principum Germanorum.

XIII. Consuetudines Feudales ita dicuntur, quia Moribus receptę sunt; nec publica Auctoritate, sed priuata Industria Gerardi Nigri, & Oberti de Otto in scripta redactæ. Licet eæ olim fuerint Mediolanensium, Placentinorum, Cremonensium, vel alterius Regni, & Reipublicæ, apud quos tantùm habuerunt Vim legis, deinde tamen mandato Imperatoris Federici iunioris in certos Titulos sunt digestæ, & in totum Imperium introductæ. Diuiduntur in duos Libros; Libri in Titulos; Tituli in Capita, & Paragraphos.

XIV. Allegantur vel ponendo primò nomen libri, postea titulum, deinde caput, & paragraphum, v. g.

In Vsib. Feud. de probib. feud. alien. per Frid. c. 1. §. hac edictali.

Vel postponitur nomen libri, v. g.

c. 1. de Feud. March. vel Ducat. in Vsib. Feud.

Multi præponunt numerum libri, & subnectunt titulum, & postea paragraphum, v. g.

1. Feud. Tit. 14. de Feud. March. §. vlt.

XV. Constitutiones Principum Germanorum partim sunt insertæ in Libris feudorum, partim per se positæ. Hæ vltimæ sunt Friderici II. duæ Henrici VII. & Liber de Pace Constantiæ.

Digitized by Google

§. IV.

Quomodo dictæ Partes Iuris Ciuilis Communis habeant Vim Legis.

DVuobus modis aliquid habet Vim Legis; primo per Prius; secundo per Posterius: per prius, quando Lex habet pro Causa efficiente solum Principem tam quò ad Sententiam, quàm quò ad Auctoritatem per posterius, quando Sententia est alterius, quàm Principis, & ei Princeps Auctoritate sua superaddit Vim Legis. Sic Institutiones, Rescripta Imperatorum postquam iussu Iustiniani compilata fuerunt in Codicem, quem hodie habemus, Authentica, seu Nouellæ ipsius Iustiniani dicuntur Leges per prius; quia prorsus emanarunt quò ad omnia a Sententia Imperatorum, & approbata sunt in Vim Legis ab Imperatore: vnde in ijs allegandis solet interdum præmitti *Imperator*, vel interdum in allegando Codicem *Imperatores*, si Rescriptum fuit plurium Imperatorum Collegarum in Imperij regimine.

II. E contra Digesta continent Leges per posterius; quia conflatæ sunt ex Sententijs Iurisconsultorum antiquorum: vnde in allegando Digestorum Leges aliquando solet præmitti *Iurisconsultus* vel in genere, vel nominatim, v. g. *Vlpianus*, *Africanus*, *Martianus*, &c. Sic in cæteris Partibus, Consuetudines Feudales sunt Leges per posteriùs, vt & Constitutiones reliquorum Imperatorum; excepta Nouella Imperatoris Leonis, quæ non est probata, nec authentica; & exceptis etiam Authenticis, ab Irnerio insertis Codici absque vllius Imperatoris Auctoritate: vnde ex se nequeunt Vim Legis habere, nisi quatenus verificentur ex Nouellis Iustiniani, quas referunt; a quibus propterea semper supplendæ sunt.

III. Prædictæ Partes Iuris ciuilis hodie habent Vim Legis non ex Auctoritate Iustiniani, sed ex Vsu Populorum [a].

IV. Quia autem Ius ciuile, quo vtimur, vel ad Personas pertinet, vel ad Res, vel ad Actiones, *Inst. de Iur. nat. gent. & ciu. ad fin. & l.* 1. *ff. de stat. hom.*, ideo enucleanda sunt singillatim quæ hodie ex Iure Communi vigent circa hæc tria Obiecta.

a *Card. De Luc. de Seruit. Disc.* 1. *n.* 11.

PRIMVM

Digitized by Google

PRIMVM OBIECTVM IVRIS.

PERSONAE.

§. I.

Status Hominum, seu Personarum.

I. PErsona, & Homo sunt idem. In Hominibus Ius ciuile considerat triplicem Statum, non quidem Naturalem, aut Politicum; sed Legalem, & specialiter sumptum pro Conditione ciuili Personæ. Primus est Libertatis, secundus Ciuitatis, tertius Familiæ. Quilibet ex his Statibus dicitur etiam Caput: hinc qui mutat aliquem ex dictis Statibus dicitur Capite deminui *pr. Inst. de cap. deminut.*; proinde Capitis Deminutio & ipsa est triplex; Maxima, qua tollitur Libertas, & cum hac Ciuitas, & Familia; Media, qua tollitur sola Ciuitas cum Familiæ; Minima, qua solum Ius Familiæ mutatur. Exempla sunt *in d. tit. Inst. de cap. demin.*

II. Ex his tribus Statibus emanat triplex Personarum, seu Hominum Diuisio, spectata ciuili, seu legali Conditione.

§. II.

Prima Hominum Diuisio in Liberos, & Seruos.

I. EX Natura habet Homo vt sit Liber: hinc definitur Libertas in *pr. Inst. de iur. person., & l. 4. ff. de stat. hom.* Naturalis facultas eius, quod cuique facere libet. E contra Seruitus dicitur contra Naturam; vnde *Inst. eod.* definitur: Constitutio

Digitized by Google

iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Vetus sensus vocis Naturæ in vtraque definitione est, non quòd ex aliquo Decreto Naturæ Homo habeat Ius, ne vnquam seruiat; sed quia Homo a Natura recipit Aptitudinem, vt sit Liber, quoties nulla alia dispositio intercedat, vt ex *Nouell. 74. cap. 1.*: nam naturalis hæc Aptitudo tolli potest vel Vi, vel etiam Iure; & proinde in definitione Libertatis addita leguntur ea verba: nisi si quid vi, aut iure prohibetur. Iuxta hunc sensum rectè diuiduntur Homines in Liberos, & Seruos: nam Homines amittunt, seu potiùs interuertunt Aptitudinem, quam habent ad Libertatem, vel ex eo quòd nascantur ex Ancilla; vel ex facto proprio, ex dispositione Iuris ciuilis, quando Liber homo maior viginti annis, ad pretium participandum se venundari passus est; vel ex facto alieno ex Iure gentium, idest per Captiuitatem. *Inst. eod. §. serui autem aut.*

II. Horum omnium Seruorum, seu nascantur, seu fiant, par est conditio ratione status negatiui; hoc est quatenus nullus Seruus habet vllum Caput, seu Statum Iuris ciuilis. *§. fin. Inst. eod.*

III. Liberorum hominum varia est conditio. Alij sunt Ingenui, qui nempe statim ac nascuntur sunt Liberi. Ad hoc sufficit, quòd nati sint ex matre, quæ fuerit libera vel tempore conceptionis, vel partus, vel etiam prægnantiæ: neque Ingenuitas tollitur ex eo quòd Ingenuus fuerit in seruitute, & postea manumissus; nam aliud est fuisse in seruitute, aliud est fuisse seruum: primum non officit Ingenuitati, sed tantùm secundum, *§. fin. Inst. de Ingen.*

IV. Ingenuis opponuntur Libertini. Hi propriè sunt, qui antea Serui, posteà donantur Libertate per Manumissionem, vel expressam, de qua *Inst. de libertin.*, vel tacitam, de qua in *tit. Inst. quibus ex caus. manum. non lic.*, nempe per Institutionem Serui in Hæredem; vel ex eo quòd Dominus Seruum, actis interuenientibus, Filium suum nominauerit; & multò magis si adoptauerit. *§. fin. Inst. de adopt.* Libertini dicuntur etiam Liberti, quantis in rigore hoc vltimum nomen supponat durare respectum ad Manumissorem, qui post datam Seruo libertatem dicitur non ampliùs Dominus, sed Liberti Patronus. *Inst. in pr. de legit. patron. tutel., & l. 1. ff. de oper. libert.*

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Secunda Diuiſio Hominum in Ciues, & Peregrinos.

I. HÆc altera Diuiſio petitur a ſecundo Statu Ciuitatis. Ciuitas hìc non ſumitur pro Vrbe, aut Vniuerſitate, aut Communitate; ſed eſt Conditio, ſeu Status legalis, præbens ius faciendi quæ ſolis Ciuibus competunt. Hic Status hodie dicitur Ciuilitas: & alia eſt Originaria, quæ competit ex Natiuitate; alia eſt Aduentitia, contingens vel ex Manumiſſione, vel ex Adoptione, vel Allectione Principis, per quam dicuntur Ciues ficti, ſeu allecti, quibus plerumque communicantur iura, & effectus, quibus fruuntur veri Ciues *l. 1. ff. ad municip. l. ciues 7. C. de incol. lib. 10.*; & diſtinguuntur ab Incolis, quia Incolas facit Domicilium, Ciues verò Origo, Manumiſſio, Allectio, vel Adoptio, vt *in d. l. ciues* [a].

II. Peregrini ſunt qui nec veri ſunt Ciues, nec ficti, ſeu allecti. Peregrinitas non ſolùm poteſt eſſe Originaria, ſed etiam Aduentitia, vel ex voluntate per renunciationem; cum Ciuitas a quoquo mutari poſſit [b]; vel ex neceſſitate per mediam capitis deminutionem, de qua *in §. 1 & 2. Inſt. de cap. demin.*

[a] *V. Ant. Mátthæi de criminib. Tit. de læſa maieſt. cap. 1. n. 7.* vbi per quæ differat Ciuis a Subdito.

[b] *Gothofred. in notis ad l. ciues 7. C. de Incol. lib. 10.*

§. IV.

Tertia Diuiſio Hominum, ſui, & alieni Iuris.

I. PEndet hæc Diuiſio ex tertio Statu Familiæ. Familia eſt: Collectio plurium Perſonarum, in proprio ſenſu, quæ ſunt ſub vnius Poteſtate, aut Natura, aut Iure, vt ex *l. pronunciatio 195. §. iure proprio ff. de verb. ſignif.* Hinc prodierunt vulgata nomina Patris-familias, Matris-familias, Filij-familias. Ex his ſolus Pater-familias dicitur Dominum habere; vnde ſynonima ſunt

esse sui iuris, & esse Patrem-familias; quod nomen verificatur quanuis qui sui iuris est Filium non habeat, vt *in d. pronunciatio familiæ vers. pater autem*. Cæteri, qui non sunt Patres-familias, sunt iuris alieni.

II. Cum autem, vt rectè docuit *Arist. 1. Polit.* Familia conficitur ex tribus Societatibus: Viri, & Vxoris, Patris, & Liberorum; Domini, & Seruorum; & constituat vnicum Corpus, quod nequit absque deformitate plura habere Capita; consequitur, quòd solus Paterfamilias sit Caput harum Societatum, illique subdantur Vxor quò ad Iura maritalia; Liberi quò ad patriam; Serui quò ad dominicam Potestatem. Ommissa maritali Potestate, quæ spectat ad titulum de Nuptijs, segregatim explicanda est priùs Dominica, deinde Patria Potestas, prout eodem hoc ordine de prima agit Iustinianus *in §. in potestate Inst. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt*, & de altera in *tit. de patr. potest.*

§. V.

Dominica Potestas.

I. EA introducta fuit ex Iure gentium *§. 1. Inst. de his, qui sui, vel alien. Iur.*, & consistit in Coercitione, & in Acquisitione.

II. Coercitio in Seruos extensa fuit ad ius vitæ, & necis; at non ex Iure gentium, sed ex abusu [a]: Seruus quippe licèt sit instrumentum, quo abuti licet, & consideretur potiùs vt Res subiecta dominio, quod positum est in libera disponendi facultate, *l. in re mandata C. mand.*, adhuc tamen est in numero Hominum, qui Iure naturæ sunt æquales, *Inst. de libertin. in pr. vers. vtpote*: at in omni Homine, & sic etiam in Seruo interdictum est Homicidium voluntarium [b]: neque contrarium induci potuit de Iure gentium; quia hoc non debet nimiùm recedere a Iure naturæ. Dum ergo Ius vitæ, ac necis in Seruos dicitur Iuris gentium *in d. §. 1. Inst. de his, qui sui, &c.*, id intelligendum est ratione Vsurpationis, quæ a Gentibus de facto, & non de iure fuit impunè exercita contra regulatam Rationem, quæ exigit, vt quisque de rebus quidem suis disponat, sed prout honestum est.

a *Echolt. ad Tit. de his, qui sui, &c. §. 3.*

b *V. Ant. Matth. de Crim. Tit. de scaruis cap. 1. n. 7.*

III. Rectè

III. Recte ideo D. Pius Antoninus Imperator nedum vetuit Domino interficere Seruum sine causa legibus cognita, sub pœna interficientis seruum alienum, sed etiam exercere in eum asperiora, *vt ex §. fin. Inst. eod.*, concedendo tantùm modicam castigationem, *vt ex l. vn. §. de emend. seruis*: nam Ius puniendi pro delictis a Seruis commissis spectat ad Principem, & Iudicem ordinarium, non ad Dominum [c].

IV. Acquisitio Domini consistit in eo, quòd quidquid acquirit Seruus, acquirit tanquam instrumentum Domino. Verùm de hoc vberius in secundo Iuris Obiecto.

c *V. Sabell. in summa §. seruitus sub n. 20. sub verf. obligatur tamen.*

§. VI.

Patria Potestas.

I. NOn legitur definitio Patriæ Potestatis in Iure. Vt autem eius quidditas intelligatur, placet definitio, qua dicitur, quod sit: Ius Patri competens imperandi liberis legitimis, qui in eius familia sunt, quoad res, & personas eorum [a].

II. Dicitur Ius patri competens; non solùm ex Iure ciuili, a quo pendet secundùm particulares circumstantias, *vt in §. ius autem Inst. de patr. potest.*; sed etiam ex Iure naturali, de quo Pater natura imperat Liberis, sicuti Rex Subditis: pater enim est principium totius generationis, quæ est fundamentum Potestatis Patriæ, *ex Arist. 8. Ethic cap. 7.*

III. Dicitur Liberis; quia subijciuntur Patris potestati non solùm Filij ex ipso nati, sed & quicumque ex ipsis Filijs Descendentes: nam & hi veniunt nomine Liberorum *l. cognoscere 56. ff. de verb. signif.* Id verum est si descendant ex Masculis; nam si ex Fœminis, adhuc veniunt quidem nomine Liberorum, at sunt in Potestate eorum Patris, non autem Patris Fœminæ. *Inst. de patr. potest. §. 3. verf. qui autem.*

IV. Dicitur Legitimis; non enim quælibet Generatio, sed tantùm iusta, hoc est approbata a lege, est causa Patriæ Potestatis. *Inst de patr. potest. in pr.* Pro Legitimis etiam habentur nati ex Matrimonio putatiuo, seu in figura matrimonij, cum bona fide; quæ satis est si adsit in vno tantùm [b].

a *V. Eckolt. ad Tit de his, qui sui, vel &c. §. 1.*

b *Sabell. §. filiatio n. 6.*

V. Dicitur

V. Dicitur Quirin eius Familiam sunt; quia non sunt in Potestate nec Filij ex filia, quandoquidem hi spectant ad proprij Patris Familiam, *d. §. 3. vers. qui autem Inst. de patr. potest.*; nec Filij emancipati, quia horum Status commutatur per minimam capitis deminutionem; & remanent quidem Filij, quia hoc est nomen naturæ, fundatum in iure sanguinis, quod de Iure ciuili dirimi nequit, *l. iura sanguinis 8. ff. de Reg. Iur.*; non autem possunt dici Filij-familias, quia fiunt Caput nouæ Familiæ, nempe Patres-familias, *l. pronunciatio 195. §. Iure proprio vers. idemque eueniet ff. de verb. signif.*

VI. Dicitur Quòad res; quia Pater acquirit Res per Filios, cum distinctionibus tamen circa Peculia, aptiore loco tradendis.

VII. Dicitur Et personas; quia, licèt sublatus sit antiquus abusus vitæ, & necis in filios, & Ius quærendi pecuniam ex trina venditione Filij, adhuc hodie potest Pater exercere honestam correctionem, *l. 3. C. de patr. potest.*, & *l. vn. C. de emend. proping.* c; & etiam in casu summæ necessitatis (modò non sint Clerici d) distrahere Liberos; ita tamen vt emptor habeat tantùm Facultatem seruitij obtinendi, donec pretium, vel aliud mancipium oblatum fuerit, *l. vlt. C. de patrib. qui fil. distrax.* e

VIII. Patria Potestas habet pro Causa vel Naturam, scilicet per Nuptias, *l. 3. ff. de his, qui sui, vel alien.*; vel Ius ciuile; idque aut vt adiuuans Naturam, nimirum per Legitimationem *§. fin. Inst. de nupt.*; aut vt imitans Naturam, nempe per Adoptionem *Inst. de adopt. in pr.*

c Potest etiam Pater offerre Filium puniendum Magistratui, qui tenetur illi pœnam imponere, quam Pater dixerit. *l. si filius 3. C. de patr. potest. Mascard. ad §. ius autem Inst. de patr. potest. n. 10.*

d *Graff. de effect. clericat. cap. 43.*

e *Eckols. ad Tit. ff. de his qui sui, vel alien. iur. §. 8. 9.*

§. VII.

Nuptiæ Prima Causa Patriæ Potestatis.

I. NVptiæ dicuntur a nubendo, ideſt velando, ex ritu Antiquorum velandi nouas nuptas: vt sunt causa Patriæ Potestatis, vsurpantur pro Matrimonio; & definiuntur: Viri, & Mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens,

Digitized by Google

tinens, *pr. tit. Inſt. de patr. poteſt.* Verba: Viri, & Mulieris, excludunt Polygamiam ſimultaneam [a]. Conſtituunt primam ex tribus Societatibus, ex quibus coaleſcere diximus Familiam.

II. De Iure ciuili differt Matrimonium a Sponſalibus: illud conſiſtit in conſenſu de præſenti; *hæc* propriè conſiſtunt in mutuo pacto futurarum nuptiarum [b]; hinc eleganter Sponſalia appellantur Spes Matrimonij, & Nuptiæ ſperatæ *in l. 6. ff. de ſponſal.* Sponſalia diſſoluuntur licitè vel ex mutuo Diſſenſu, *c. 2. de ſponſal.* vel ex iuſta Cauſa ſuperueniente [c]: non ſic Matrimonium, cuius effectus eſt, vt inducat individuam vitæ Conſuetudinem. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. vn. in pr.*

III. Nuptiæ aliæ dicuntur Iuſtæ, ſeu Legitimæ, quæ ſecundùm Iura contractæ ſunt, *l. vn. vnde vir, & vx.*; & hæ ſolæ pariunt Patriam Poteſtatem *§. ſi aduerſus 12. Inſt. de nupt.*: aliæ Iniuſtæ, ſeu Illegitimæ, vel potiùs Nullæ, & Irritæ, quæ aduerſantur Iuri.

IV. Cauſæ, ob quas Matrimonium eſt Illegitimum, aliæ ſunt tales abſolutè, aliæ in ſpecie. Quæ ſunt tales abſolutè oriuntur vel ex defectu Cauſæ finalis, nempe ab Impotentia generandi *tot. tit. Decret. de frigid. & malef.*: Ex hoc capite neque Caſtrati, & Spadones [d], neque Impotentes ad coitum [e], modò talis impotentia præcedat Matrimonium, *c. bi qui 4. quæſt. 7.* neque Impuberes, vt præſumptiuè inhabiles ad generandum, Matrimonium contrahere poſſunt. Impubertas durat in Maſculis vſque ad decimum quartum annum completum; in Fœminis vſque ad duodecimum. *Inſt. in pr. quib. mod. tut. fin.*; ita tamen vt vltimus vltimi anni dies [f] habeatur pro completo, quia agitur de fauore [g]. Ratio diuerſitatis in Maſculis, & Fœminis eſt, quia Fœmina ſe habet paſſiuè, & faciliùs eſt pati, quàm agere. In vtroque tamen dicta determinatio ætatis ceſſat quo-

a *V. Add. ad Echard. ad Tit. ff. de nupt. §. 1.* De pœnis polygamiæ *Ant. Marth. de crim. Tit. de Adulter. c. 7. n. 8.*, vbi quid de binis nuptijs metu contractis; & de binis Contrahentium binis Sponſalia.

b Matrimonium inter Impuberes, vel Pubetem, & Impuberem habet vim Sponſalium: ſecus ſi non ſeruata forma Trid. ſit contractum inter Puberes; nam nec valet vt Sponſalia. *Fagn. in c. de illis de deſp. impub. n. 48. & ſeqq.*

c Quæ, & quot ſint iuſtæ Cauſæ diſſoluendi Sponſalia. *V. apud Ponc. de Matrim. lib. 12. cap. 9. & ſeqq.*

d Ex motu proprio Sixti V. apud *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 92. n. 17.*

e Vt frigidi, & maleficiati, & ij, inter quos eſt improportio naturalis, *c. requiſiſti 33. qu. 1., & c. fin. de frigid. & malef.*

f Dies in ciuilibus computatur a media nocte ad mediam noctem inſequentem. *l. more ff. de fer.*

De varia Diei computatione, ad plures ciuiles, & ſacros effectus. *V. Gardellina de Sacr. Pſalmodia cap. 3. §. 1. n. 3.*

g *V. Fagnan. ad c. cum in cunctis de elect. n. 136.*

ties probetur, ætatis Defectum suppleri a Malitia, *c. nullus c. fin. de desponſ. impub.*; hoc est a Discretione ad consensum, & a Potentia ad copulam *c. de illis*, & *cit c. fin de desp. impub.*; quorum vtrumque spectat ad Ordinarium dispicere an concurrat [h].

V. Vel oriuntur ex defectu Causæ efficientis, nempe Consensus. Inter has enumerantur Error, qui simpliciter vitiat Consensum *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor.*; & Vis, seu Metus, qui tantùm secundùm quid *l. si mulier. ff. si metu coactus. quod met. cauſ.*

VI. Error debet esse circa Substantialia; nempe vel circa Personam, *cap. vn.* 29. *qu.* 1. & *c. tua nos.* 26. *de ſponſal.*; vel circa Statum, vt si esset Persona Serua, quam Contrahens putabat Liberam, *c.* 2. & *vlt. de coniug. ſeruor.*: quòd si Error sit circa Accidentalia, v. g. si sit Pauper quæ censebatur Diues, non vitiat Matrimonium, nisi eiusmodi Qualitas refusa fuerit in Substantiam consensus, seu in Causam finalem, & motiuam transierit [i].

VII. Vis, vel consistit in pura Coactione, & irritat Matrimonium, cum deficiat voluntarium *l.* 2 *quod met. cauſ.*: vel fundatur in solo Metu, & quoties is est tantùm Reuerentialis, non vitiat [k]; vel Metus est Iustus, hoc est cadens in Constantem Virum, & irritat, *l. nec filium. C. de rit. nupt.*, *c. cum locum de ſponſal.*, & *c.* 2. *de eo qui duxit*, &c.; nisi tamen qui ex tali Metu contraxit, vltrò deinde cohabitet; nam Cohabitatione Metus purgatur, quasi accedente nouo Consensu *c. ad id. de ſponſal.* Nunquam autem Metus officit Matrimonio, nisi incutiatur ad hunc ipsum finem, Matrimonium extorquendi [l]; & iniustè *c. conſultationi*, & *c. cum locus de ſponſal.*

VIII. In casibus, quibus ex Metu corruit Matrimonium, intelligitur ipso iure esse Nullum, non verò rescindi debere ex æquitate, *c. ſignificauit. de eo, qui duxit in matrimon.*: & in hoc differt Matrimonium a cœteris Contractibus ex Metu initis, qui ipso iure non sunt Nulli, quanuis rescindi possint; at Matrimonium est ipso iure Nullum ob fauorem Libertatis, quam sacri Canones exigunt Omnimodam in Matrimonio [m].

h *Fagnan. ad c. de illis de desponſ. Impub. n.* 47.

i *Sanchez. de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 17. *n.* 23. & *ſeqq.*, vbi, vnde nam dignoscatur, quòd huiusmodi Qualitas redundet in Substantiam Consensus.

k *Layman. lib.* 5. *part.* 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *n.* 3.

l *Layman. loc. cit. n.* 1. *verſ. ſecundò dixi.*

m *Sanchez. de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 8. *per tot.* & *diſp.* 12. *per tot. Layman. loc. cit. n.* 1.

IX. Causæ

Digitized by Google

IX. Cauſæ in ſpecie irritantes Matrimonium, ſunt quæ illud prohibent cum ſpeciali, non cum qualibet Perſona. Harum præcipua eſt Propinquitas: hæc diuiditur in Cognationem, & Affinitatem. Cognatio eſt: Vinculum perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, propagatione contractum [o]. Id intelligitur vel de Propagatione Vera, ſeu Naturæ, ex qua oritur Cognatio Naturalis *l. non facilè. §. cognationis. 2. ff. de gradib.*; vel de Ficta, ſeu per Adoptionem, ex qua Legalis *d. l. non facilè. §. cognationis. verſ. ciuilis autem.* Hiſce duabus Cognationibus addit Ius Canonicum Cognationem Spiritualem, quæ oritur in Sacramentis Baptiſmi, & Confirmationis, ex eorum Adminiſtratione, & Suſceptione.

X. Tam Cognatio Naturalis, quàm Legalis interdicit Matrimonium in infinitum in Linea Recta; at in Obliqua, ſeu Collaterali tantùm in determinatis Gradibus.

XI. Linea eſt: Series originis perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, poſteriores, ab anterioribus diſcernens *l. 9. ff. de gradib.* Altera eſt Recta, in qua alter alterum genuit; vnde diuiditur in Aſcendentem, & Deſcendentem: altera eſt Obliqua, comprehendens a communi Stipite propagatos, quorum neuter alterum genuit *d. l. 9. & l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. ff. de gradib.*

Linea Recta tam de Iure ciuili, quàm canonico ſic computatur: Tot ſunt Gradus, quot Generationes; ſeu: Tot ſunt Gradus, quot Perſonæ, vna dempta.

In Obliqua Ius ciuile ab vna Perſona aſcendit ad Stipitem, & a Stipite deſcendit ad alteram Perſonam in Latere oppoſito; conſtituitque tot Gradus, quot ſunt Perſonæ, Stipite dempto *l. iuriſconſultus. verſ. gradus. ff. de gradib.* Hæc Computatio regulat Succeſſiones, & alios Actus ciuiles, non Matrimonium. *c. ad Sedem. 35. quæſt. 5.*

Ius canonicum ſubdiuidit Lineam in Æqualem, & Inæqualem: prima eſt, in qua vterque eſt æque vicinus Stipiti; ſecunda eſt, in qua alter altero Stipiti eſt vicinior [o].

In Linea Æquali: Quot Gradibus vterque diſtat a Stipite, tot diſtant inter ſe. Pro Inæquali eſt Regula: Quot Gradibus Remotior diſtat a Stipite, tot vterque diſtat inter ſe *c. fin. de conſang.* Hæc Canonica Computatio attenditur in Matrimonio; quod in Linea Recta prohibetur in infinitum; in Obliqua vſque ad quartum Gradum inclusiuè. *c. non debet. et c. fin. de conſang.*

[n] *D. Thom. 3. ſent. d. 4. quæſt. un. art. 2.*

[o] Gradus iuxta computationem canonicam non eſt Gradus, ſed Saltus. *Rot. P. 17. Dec. 313. n. 2.*

XII. Cognatio Legalis, seu Adoptio eandem recipit prohibitionem. Solùm aduertendum est, quòd in Linea Recta prohibitio extenditur in infinitum §. *ergo Instit. de nupt.*, & durat etiam soluta Adoptione *d.* §. *ergo. vers. et hæc adeò*: In Linea Collaterali prohibitio non viget nisi durante Adoptione §. *sed si qua. Inst. eod.*; & vbi sit Æqualis, viget inter Adoptatum, & Filios Adoptantis *c. vn. de cognat. legal.* vbi verò sit Inæqualis, adest tantùm inter Personas, quæ per Adoptionem factæ sunt sibi Parentum, & Liberorum loco §. *item amitam. 5. Inst. eod.*: Parentis autem loco dicitur tantùm qui subest immediatè Scipiti p.

XIII. Differentia est inter hanc Cognationem, & Naturalem: Legalis non contrahitur nisi inter Agnatos *l. si quà mihi. 12. §. vlt. ff. de rit. nupt. l. qui adoptionem. 23. ff. de adopt.*; Naturalis tum inter Agnatos, tum inter Cognatos. Agnati dicuntur qui propagantur per virilis sexus Personas; Cognati in specie qui per Fœminas: Cognatio autem in genere comprehendit quamcumque Propagationem tam per viriles, quàm per muliebres Personas §. 1. *Inst. de legit. agnat. tutel. l. non facilè. §. 1. & l. Iurisconsult. §. 2. & 4. ff. de gradib. & affin.*

XIV. Cognatio Spiritualis in vtroque Sacramento Baptismi, & Confirmationis oritur; & dirimit Matrimonium inter Ministrantem, & Baptizatum, seu Confirmatum, & huius Patrem, & Matrem. *tot. tit. de cogn. spirit. & Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 2.*

XV. Affinitas est: Diuersarum cognationum per nuptias Copulatio; qui enim per nuptias adiungitur Cognationi extraneæ, non fit de tali Cognatione; sed veluti ad eius fines accedit *l. non facilè. §. ad fines. ff. de gradib. & affin.* Hinc omnes Vxoris Cognati sunt Affines Marito; & omnes Cognati Mariti sunt Affines Vxori. Inter Cognatos vtriusque nulla intercedit Affinitas; quia affinitas non parit affinitatem. Maritus, & Vxor non sunt inter se Affines, sed principium Affinitatis cæterorum.

XVI. Affinitas propriè non habet Gradus, sed eos veluti mutuatur a Cognatione, cui accedit *l. non facilè. §. gradus. ff. de gradib. et c. porro. 35. quæst. 5.* Affines ex iustis nuptijs prohibentur inire Matrimonium inter se vsque ad quartum gradum inclusiuè *c. non debet. 8. de consang.*; ex illicito coitu, vsque ad secundum pariter inclusiuè. *Trid. sess. 24. de reform. cap. 4.*

XVII. Hodie apud Catholicos in Matrimonio attenduntur sola Impedimenta statuta a Iure canonico; quorũ explicatio propterea petenda est a Canonistis. Hęc solent diuidi in simpliciter Prohibentia, contenta hoc versu.

p Parentum loco venire Patruos &c. latè *Rot. par. 7. recent. Decis. 194. n. 14.*

Sacratum Tempus, Votum, Sponsalia, Votum,
& in Dirimentia, comprehensa in vulgatis carminibus.
Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas
Ætas, Affinis, si Clandestinus, & Impos,
Raptaue sit Mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc facienda vetant Connubia, facta retractant.

XVIII. De Iure ciuili erat de necessitate Matrimonij Consensus Parentum, quorum in potestate sunt Liberi *Inst. de nupt. in pr. l. 7. ff. de sponsal. l. 25 & l. in ratione. C. de nupt.*: at secus est de Iure canonico, de quo eiusmodi Consensus requiritur tantùm de honestate *c. sufficiat. 27. quæst. 2. Conc. Trid. sess. 24. cap. 1n. de reform.*: neque ex hoc capite possunt exhæredari Liberi, aut negari potest Dos Filiæ, nisi fortè inuenerit sibi Maritum sine promissione dotis q.

q Laud. *Sanchez. de Matrim. lib. 4. disp. 25. & 26. per tot.*

§. VIII.

Legitimatio Secunda Causa.

Patria Potestas.

I. LEgitimatio est: Actus, per quem Liberi iniusti, Legis auctoritate fiunt Iusti, seu Legitimi. Tribus Modis accidit: primò Oblatione curiæ; & hic Modus a Theodosio inuentus postea exoleuit; fiebat quando Pater Filium naturalem offerebat Curiæ, id est Ordini Decurionum in Municipijs, aut Filiam naturalem alicui Curialium in Matrimonium collocabat. *V. Nouell 89. c. 2. & seqq.*

II. Secundus Modus inuentus a Constantino est per Matrimonium subsequens *§. aliquando. Inst. de nupt. Nouell. 89. cap. 8. & 11. & ibi.* etiam putatiuum [a]. Per hunc Modum legitimatur non solùm Filius natus ex concubina, sed & Nepos, cuius pater natus ex concubina sit præmortuus: Matrimonium quippe subsequens retrotrahit suam Vim ad tempus Natiuitatis [b]; & æquiparat sic Legitimatos plenè Naturalibus, & legitimis quoad effectus Iuris ciuilis communis; at in Statutis, & Dispositionibus hominis, ita Legitimati non veniunt nomine Natorum ex vero, & legitimo Matrimonio.

a *Sabell. §. filiatio. n. 6.* b *Mart. ad §. fin. Inst. de nupt.* c *V. Sabell. §. legitimatio. n. 3. & 4.*

III. Tertius Modus est per Rescriptum Principis, de quo *in Nouell.* 89. *cap.* 9. *& Nouell.* 74. *cap.* 2. Olim sic legitimabantur soli Liberi Naturales; at hodie etiam legitimantur Spurij; quorum tamen Legitimatio vocatur communiter Dispensatio, per quam, non obstante Natalium defectu, ad honores, & dignitates admitti possunt *c.* 1. *&* 2. *de fil. præsb.*

§. IX.

Adoptio Tertia Causa

Patriæ Potestatis.

I. COnstituit Adoptio Patriam Potestatem ex indulgentia, & fictione Legis, absque vllo facto Naturæ. Est: Assumptio legitima Extranei in locum Liberorum. Extranei nomine intelligitur quicumque non est in Potestate Adoptantis. Adoptionis duæ sunt Species: Adoptio in specie, & Arrogatio §. 1. *Inst. de adopt.*

Adoptio in Specie.

II. ESt: Assumptio in Filium eius, qui est in Potestate sui Patris, facta imperio Magistratus *d.* §. 1. *Inst. de adopt.* Fit vel ab Extraneo, hoc est ab eo, qui non est ex linea Ascendentium; & non transfert Patriam Potestatem, sed tantùm Adoptatus consequitur Ius succedendi ab intestato §. 2. *Inst. eod.*: neque Adoptato tribuit Ius Nobilitatis Adoptantis *l. cum in adoptiuis* 10. §. 1. *vers. & ideò. C. de adopt.*; quia Adoptio non est Modus constituendi Nobilitatem, cum hæc pendeat vel a Principis Auctoritate, vel a Parentum Sanguine, cuius Ius Adoptio non tribuit *l. qui in adoptionem.* 23. *ff. de adopt.* Dignitas tamen Patris obtinetur etiam a Filio adoptiuo, & durat quòusque durat Adoptio *l. in omni* 13. *ff. de adopt.* [a].

III. Vel fit ab Ascendente aliquo; hoc est ab Auo, vel Proauo aut materno, aut etiam paterno, quando scilicet Pater Adoptandi est emancipatus; & hæc transfert Patriam Potestatem, & omnes eiusdem Potestatis effectus §. *si verò. Inst. de adopt.*

a *Gonzal. Tellez. ad Tit. de cognat. legat. n.* 8.

Arrogatio.

Arrogatio.

IV. ESt: Adoptio hominis sui iuris, facta Principis auctoritate. Arrogari possunt non tantùm Puberes, sed Impuberes, & Pupilli; modò hi non arrogentur ab ipsis Tutoribus *l. nec ei permittitur. 7. in pr. ff. de adopt.*

V. In Arrogatione Impuberis requiritur Causæ cognitio; & quòd Arrogator caueat per Fideiussores, si ante pubertatem Impubes decesserit, se restituturum bona ijs, qui successuri essent ab intestato *§. cum autem. Inst. de adopt.*; & insuper quòd si absque iusta causa Impuberem arrogatum exhæredauerit, vel emancipauerit, præter ipsius Impuberis bona, ei relinquat quartam partem bonorum ipsius Arrogatoris, quæ dicitur Quarta Arrogati, vel Quarta D. Pij *l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. ff. de inoff. testam.*; quia hæc Quarta decreta fuit ex Constitutione Antonini Pij.

VI. Hæc Quarta non confestim est danda Impuberi arrogato, emancipato absque causa iusta, sed solùm Arrogatore defuncto. Probat id textus *in §. cum autem. vers. sed et si. Inst. de adopt.*, vbi iubetur Arrogator relinquere quartam partem bonorum suorum: at verbum Relinquere pertinet ad vltimas voluntates *l. fin. in fin. ff. de tab. exhib.*, & probatur *in l. 1. §. si impubere. ff. de collat. bonor.* Hinc Filius arrogatus decedens post emancipationem ante Arrogatorem, non transmittit facultatem petendi Quartam sibi debitam *l. 1. C. de cad. toll.* [b].

VII. Eadem Quarta, iuxta *Gloss. in d. §. cum autem. & in l. si arrogator. 22. ff. de adopt.*, est tantùm Portionis debitæ ab intestato; ex ea ratione, ne melioris conditionis sint Arrogati, quàm Legitimi, & Naturales, quorum Legitima est tantùm Partis debitę ab intestato [c]. Contra tamen Glossam, ab Antiquis communiùs receptam, sentiunt plerique ex Neotericis, contendentes, Quartam hanc esse omnium bonorum Arrogatoris [d]. Hi fundantur in *d. vers. sed et si. & in d. l. Papinianus. 8. ff. de inoff.*, tum *in d. l. si arrogator. 22. ff. de adopt.*, *& pluribus alijs concordantibus*; quibus ex locis generaliter euincitur, deberi Quartam bonorum Arrogatoris; vnde ea non videtur rectè coarctari ad Portionem bonorum. Nec Ratio pro Glossę opinione aliquid euincit; quia Quarta Pij debetur Impuberibus arrogatis, sine

b Ita sentit *Mysing. ad d. §. cum autem. n. 7.*: at impugnatur a *Bachon. ad d. §. & vers. n. 2.*

c Adstipulatur *Bachon. ad §. item non aliter. Inst. de adopt. n. 1.* qui *n. 2.* agit, an dicta Quarta sit aucta. *Mysing. ad §. cum autem. Inst. de adopt. n. 12.*

d *Harpprecht. ad d. §. cum autem. ex n. 9. Echolt. & Add. ad tit. ff. de adopt. §. 8.*

iusta

iusta causa vel emancipatis, vel exhæredatis, non Iure successionis, sed vt Æs alienum debitum ex contractu Arrogationis *d. l. si arrogator, & d. §. cum autem* e. Hinc petitur Condictione ex lege, quæ est Actio personalis, innixa Obligationi, non verò Iuri successionis: hinc Impubes arrogatus non agit de inofficioso, & vbi agat, licèt non obtineat, consequitur Quartam vt æs alienum *l. Papinianus. 8. §. si quis. 15. ff. de inoffic. test.*

e *V. Mevius de iurisd. legal. part. 2. q. 3. art. 12. n. 16. & seqq.*

Communia vtrique Adoptioni.

VIII. TAm Adoptio in specie, quàm Arrogatio duo exigunt: primò vt Adoptans, vel Arrogans possit habere Liberos in Potestate: hinc prohibentur Fœminæ; quamuis ex indulgentia Principis adoptare possint in solatium Liberorum amissorum *§. fœmina. Inst. de adopt. & l. 21. ff. hoc tit.* In hoc casu Adoptatus a Fœmina dicitur Filius, sed non Filius familias. *arg. l. 4. ff. de his, qui sui, vel alien. iur.*

IX. Secundò Adoptans, vel Arrogans esse debet iustæ Ætatis, & per naturam habilis ad generandum. *§. sed & illud. Inst. de adopt.* Ætas debet esse plena Pubertas; nempe annorum decem, & octo. *§. minorem. Inst. eod. l. 11. & l. 40. §. 1. ff. hoc tit.* Castrati nequeunt adoptare, vt qui nequeunt generare *§. sed & illud. Inst. eod.*

X. Potest quis adoptari, vel arrogari nedum in Filium, sed etiam in Nepotem, vel Pronepotem; non autem in Fratrem, vel Sororem. *§. licet autem. Inst. eod.*: Adoptio quippe Naturam imitatur, per quam Homo generat, mediante Filio, Nepotes, at nunquam Fratres, aut Sorores. *l. nec apud C. de liberal. inst.*

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Modi soluendi Patriam Potestatem.

I. ALij possunt dici Respectiui, alij Absoluti. Respectiui sunt, qui soluunt non omninò, sed tantùm respectu certæ Personæ; vt Mors Aui, per quam Nepotes ex filio soluuntur ab Aui Potestate, sed recidunt in Patris Potestatem *Inst. quib. mod. ius patr. potest. solui in pr. vers. mortuo verò*; sic etiam Adoptio facta ab Ascendente soluit Potestatem Patris naturalis, sed Adoptatus transit in Potestatem Ascendentis §. *sed et si pater. Inst. eod.*; & sic Adoptatus fit Suus Adoptanti §. 2. *Inst. de hæredi quæ ab intest.* a.

II. Absoluti omninò liberant. Hi alij sunt Voluntarij; quando nempe concurrit Consensus tam Patris, quàm Filij. Id accidit in Emancipatione, quæ est semper Actus voluntarius, siue emancipentur Legitimi, & Naturales, siue Adoptiui §. *fin. Inst. eod.* Soluit autem Potestatem absolutè Emancipatio nedum expressa, de qua in §. *præterea Inst. eod.*; sed etiam tacita, quando nempe Filius habitat seorsum per decennium, Patre sciente b: & dicitur seorsum habitare, licèt viuat in domo Patris, sed suis expensis; vel habeat separata alimenta c. Porro emancipato Filio, Liberi ex eo nati, nisi aliud exprimatur, perseuerant in Potestate Aui; & ad hoc sufficit si concepti sint ante Emancipationem §. *admonendi*, & §. *Illud autem. Inst. eod.*

III. Modi Absoluti alij sunt Necessarij, qui non ex Consensu Partium, sed ex Legis dispositione pendent. Tales sunt Mors naturalis *Inst. quibus mod. ius patr. potest. &c. in pr. vers. nam morte*: item Mors ciuilis §. *cum autem. Inst. eod.*; & Captiuitas seu Patris, seu Filij §. *si ab hostibus. Inst. eod.*: quanuis hi duo Modi potiùs suspendant, quàm tollant Patriam Potestatem; nam hæc reuiuiscit in casu Deportationis per Restitutionem plenariam Principis §. *cum autem.*

a *Eckolt. ad tit. ff. de suis, & legit. §. 2.*

b *Harpprecht. ad §. præterea. quib. mod. Ius patr. potest. tollit. n. 7.*

c *Vo Pigant ad stat. Ferrar. 2. lib. 1. ex n. 12. Sabell. in summ. §. filiatio, num. 56.*

Inst.

Digitized by Google

Inſt. eod.; & in caſu Captiuitatis per Ius Poſtliminij *ff. ſi ab hoſtibus. d. tit.* Neceſſariò etiam tollit Patriam Poteſtatem Dignitas Filij, non quælibet, ſed ea tantùm quæ a Curia libertare valet, de qua *in l. fin. C. de dignitat. lib.* 10., *& in ff. filius familias. Inſt. quibus mod. ius patr. &c.* Addita eſt Epiſcopalis Dignitas *auth. ſed epiſcopalis. C. de epiſc. & cleric. & c. per venerabilem. qui fil. ſint legit.*

IV. Nec Doctoratus [d], nec Matrimonium [e], nec Clericatus [f] ſoluunt Patriam Poteſtatem; quamuis hæc duo poſtrema impediant eius exercitium; nempè Matrimonium quò ad Obſequia maritalia, & Clericatus quò ad Spiritualia [g]. Hæreſis eximit Filios a Patria Poteſtate; neque in hoc requiritur Sententia declaratoria [h].

V. Et Monachatus non ſoluit ſecundùm aliquos; a quibus tamen rectiùs diſſentiunt alij, ſiue ſit Pater, ſiue ſit Filius, qui Monachus fiat; fit enim Mutatio Status in omnibus [i].

VI. Tam Monachatus, quàm Dignitas, vt & Matrimonium, & Clericatus, relinquunt intactum Ius ſuitatis. *Nouell.* 81. *c.* 2. [k]; & primi duo Modi ſoluunt a Patria Poteſtate quò ad ea, quæ reſpiciunt fauorem, at non quò ad ea, quæ tanguat damnum Filiorum.

[d] *Harpp. ad ff. filius familias. Inſt. quib. mod. &c. n.* 9. *& ſeqq.*

[e] *Oinot. ad ff. ſed et ſi pater. Inſt. eod. a n.* 4.

[f] *Fagnan. in c. indecorum. de etat. & qualit. ordinand. a n.* 17. *ad fin.*

[g] *Fagnan. & Oinot. loc. indicatis.*

[h] *P. Paſſerin. ad c. quicumque. ff. illorum. de hæret. in* 6. *p.* 53.

[i] *Sabell. in ſumm. ff. filiatio n.* 65. *verſ. quò ad filios. V. Mant. Inſt. quib. mod. patr. poteſt. ſolu. ff. ſed et ſi. n.* 7.

[k] *Echolt. ad tit. ff. de ſuis, & legit. ff.* 2.

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

Personæ sui Iuris sub Tutela.

I. IN *pr. Inst. de tutel.* primum Membrum tertiæ Diuisionis superiùs allatæ, nempe Personæ sui Iuris, subdiuiditur in tria Membra; nempe aliæ sunt sub Tutela, aliæ sub Cura, aliæ sub neutra.

II. Tutela *in §. est autem Inst. eod.* definitur: Vis, & Potestas in Capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ipse se defendere nequit, Iure ciuili data, ac permissa. Tutela fundatur in Iure Naturæ, quod exposcit, vt qui per se ipsos se defendere nequeunt, aliorum præsidio muniantur *§. penult. Inst. de Attil. tut.*: at hoc Ius Naturæ determinatum est a Iure ciuili: a quo propterea Tutela dicitur data, ac permissa, triplici modo; nempe vel ex Testamento, vel a Lege, vel a Magistratu. Hinc triplex assignantur Tutela; Testamentaria, Legitima, Datiua.

Testamentaria Tutela.

III. TEstamento; vt etiam Codicillis Testamento confirmatis (non autem Codicillis ab Intestato, aut Testamento imperfecto, nisi Tutor in his datus confirmetur a Magistratu [a]) Parentes Masculi, hoc est Auus, & Pater, possunt dare Tutores Filijs, quos habent in Potestate, modò hi post Aui Mortem non sint recasuri in Patris Potestatem *§. permissum. Inst. de tutel.* Hinc nec Mater, nec Patronus, nec quilibet Extraneus possunt dare Tutores Testamento, nisi Pupillum instituant Hæredem *l. 1. §. 1. & l. si patronus 4. ff. de confirm. tut. l. 4. ff. de test. tut. l. 69. §. 2. de leg. 2.*; tuncque neque talis Constitutio Tutoris ex se valet, ob defectum Patriæ Potestatis; sed opus est Confirmatione, & Decreto, cum præuia Inquisitione, si Magistratus est Maior *l. 7. §. 1. ff. de confirm. tut.*; vel cum Satisdatione loco Inquisitionis, si Magistratus sit Minor *l. 5. ff. de confirm. tut.* [b].

IV. Pater Iure patriæ Potestatis dat validè Tutorem Filio exhæredato; quia Exhæredatio non est Modus soluendi patriam Potestatem, vt passim sub *tit. ff. de testam. tutel.* [c] Non sic validè dat Tutorem Emancipato; quia deest fundamentum patriæ Potestatis: huic tamen datus Tutor confirmandus est citra Inquisitionem *§. vlt. Inst. de tutel.*

a *Sutholt. dissert. 3. n. 5.* b *V. Michalor. de fratrib. pars 3. cap. 2. n. 63.*
c *Eckolt. ad tit. ff. de lib., & posth. §. 8. l. 4. ff. de test. tut.*

Digitized by Google

V. Si Pater dederit Teſtamento Tutores Liberis, cenſetur dediſſe etiam Nepotibus, vt qui veniant nomine Liberorum *l. cognoſcere. 56. ff. de verb. ſignif.*; non ſic ſi ſimpliciter det Filijs *l. 84. & l. 201. ff. de verb. ſignif.*; quia ſub Filiorum nomine non veniunt Nepotes, niſi in fauorabilibus, cuiuſmodi non eſt Tutela [d]. Poteſt etiam dari Poſthumis §. *cum autem. Inſt. de tutel.*: horum nomine continentur tam Veri Poſthumi, hoc eſt Nati poſt mortem Patris; quam Quaſi, hoc eſt Nati poſt conditum teſtamentum; vel etiam facti ſui per Mortem Patris §. *poſthumor. Inſt. de exhæred. liber. l. Gallus. ff. de liber. & poſth.* [e].

VI. Teſtamento poteſt dari Tutor etiam Filius-familias *in pr. Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.*; quia in ijs, quæ ſunt Iuris publici, non attenditur Ius Familiæ, ſeu patriæ Poteſtatis *l. 9. ff. de his, qui ſui, vel alien. Iur.* Poteſt dari etiam Minor, qui licèt nequeat conſtitui Procurator ad Iudicia *c. qui generaliter. §. fin. de procurat. in 6.*, poteſt tamen conſtitui ad Negotia: non exercebit tamen Tutelam, niſi poſtquam ſit factus Maior §. *furioſus. Inſt. qui teſt. tut. &c.* Poteſt dari & Furioſus; ſed & hic non exercebit, niſi poſtquàm erit compos mentis *d* §. *furioſus. Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.*; & interim non erit locus Legitimæ, ſed Tutelæ Datiuæ §. 1. *Inſt. de Atil. tut.*

VII. Poteſt præterea dari Seruus §. *ſed & ſeruus. Inſt. qui teſtam. tut. &c.* Hic ſi eſt Proprius Teſtatoris, datus Tutor ſtatim directè fit Liber §. *ſed ſciendum. Inſt. eod.*, modò non crediderit Teſtator eum eſſe Liberum §. *planè ſi per errorem. Inſt. eod.*: ſi eſt Alienus, vbi detur Tutor purè, datur inutiliter ad effectum, vt directè fiat Liber; datur tamen vtiliter ad effectum, vt fideicommiſſaria Libertas ex mente teſtatoris illi relicta videatur [f]; eodem planè modo, quo relinquitur quando Seruus datur Tutor ſub conditione libertatis §. *ſeruus autem. eod.*; nam tunc cogitur Hæres illum luere, & manumittere *l. 10. §. vlt. ff. de teſtam. tutel. l. 9. C. de fideic. libert.* [g].

VIII. Tutor in Teſtamento poteſt dari tum ad certum tempus, tum ex certo tempore, tum ſub conditione §. *ad certum tempus. Inſt. eod.*: non ſic in Tutela Datiua; quia in primo caſu proſpicere poteſt Iudex dando interim tutorem Datiuum *l. ſi quis. 11. ff. de teſtam. tutel.*; at in ſecundo caſu interim non eſſet proſpectum Pupillo [h]. Regulariter nequit dari Tutor certæ rei vel cauſæ; quia Tutor datur principaliter Perſonæ, non Rebus §. *certæ autem. Inſt. eod.*

d Tabor. v. filius. axiom. 6., & Nepotes quando veniant, quando non nomine Filiorum. *V. Fagnan. in c. ex tranſmiſſa de fil. preſb. a n. 15.*

e Calvin. Lexic. Iur. v. poſthumorum.

f Vide circa hoc *Bachov. ad tit. Inſt. qui teſtam. tut. §. ſeruus autem.*

g Myſing. ad §. ſeruus autem Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.

h Harpp. ad §. ad cert. temp. n. 2. & ſeqq. Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. Legi-

Digitized by Google

Legitima Tutela.

IX. SIc dicitur per excellentiam, quia immediatè a Lege proficiscitur; est enim Tutela, quam Lex defert, Testamentaria deficiente. Dicitur deficere testamentaria non solùm quando nullus Tutor datus est §. 2. *Inst. de legit. Agnat. tutel.*; sed etiam quando ante Testatorem moritur Tutor *l. intestato. 6. ff. de legit. tut.*; vel quando decedit post tutelam susceptam *d. l. intestato.*

X. Hæc Tutela Legitima alia est Ordinaria, alia Extraordinaria: Ordinaria hodie ex Iure Authenticorum *Nouell.* 118. *cap.* 5. defertur Propinquioribus Masculis tam Agnatis, quàm Cognatis, iuxta gradus prærogatiuam §. *fin. Inst. de cap. demin.*: fundatur in Iure succedendi ab intestato *l.* 1. *in pr. ff. de legit. tut.*, vt qui possunt sentire commodum succedendi Pupillo, subeant onus eiusdem personam, & bona tuendi.

XI. Extraordinaria est, quæ Matri, & Auiæ volenti, & renunciantì Iuribus suis defertur *d. Nouell.* 118. *cap.* 5.; hæ quippe (modò velint) præferuntur omnibus alijs Propinquis, Collateralibus tamen, non verò Pupilli Ascendentibus Masculis [i]; nam in his præsumitur idem Affectus, qui in Patre, cuius affectum nullus alius vincit *l. cum furiosus. 7. in pr. C. de curat. furios.* Debent tamen Mater, & Auia renunciare certis Iuribus, hoc est Senatus consulto Velleiano *d. Nouell.* 118. *cap.* 5.; & secundis Nuptijs *Nouell.* 94. *cap.* 2. Si transeat ad secunda Vota, Tutela expirat [l], ita vt etiam dissolutis nuptijs reassumi nequeat; cum statim post secundas nuptias detur alius Tutor *Nouell.* 22. *cap.* 40., qui remoueri non debet ob Matrem. Potest tamen reassumi Tutela a Matre, vel Auia, quando non adest alius Tutor [m]: & quando cessat Tutela ob transitum ad secunda Vota, si post susceptam, est locus Datiuæ; si ante, est locus Legitimæ [n].

i Quòd Mater præferatur etiam Auo paterno, sicut præfertur in hæreditate, *V. Amat. par.* 1. *resol.* 24. *n.* 3.

l Quando Mater ad secunda vota transiens Filij tutelam non amittat *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 151., vbi distinguit.
Suspicio de matre binuba, est Iuris tantùm; vnde limitationem recipit *de Luca de tut. d.* 11. *sub n.* 6.

m *V. Sand. decis.* 106. *n.* 6., & 11.

n Quo ad hoc *V. Tabar. loc. comm. v. tutela, axiom.* 2., & 3. *Sabell. in summa §. tutela sub n.* 9.

Digitized by Google

Datiua Tutela.

XII. Est quam Magistratus competens constituit vel ad petitionem Matris, aut Propinquorum, vel ex Officio. Mater, vel Auia debent ex necessitate petere Tutorem non tantùm Liberis legitimis, sed & naturalibus [o]; adeo vt, si intra annum [p] petere negligat, repellatur ab Hæreditate tanquam indigna [q]; nisi Mater sit minor; vel Filius decedat Pubes; aut casus fortuitus interceserit [r]. Ventri Mater debet petere non Tutorem, sed Curatorem; quia nondum natus non est Persona, nec Pupillus: & talis Curator decidit a suo munere statim ac Infans natus est [s].

XIII. Non ex necessitate, sed ex arbitrio petere debent Cognati, & Affines: nemine petente, ipse Magistratus dat ex Officio, non Mercenario, sed Nobili; Tutela quippe est Munus publicum *Inst. de excusat. tut. in pr.*, & sic non pendet ab vllius Instantia.

XIV. Magistratus competens hodie est, cuius Iurisdictioni subiecta est Persona Pupilli; & sic Iudex Domicilij Naturalis, siue Originis *l. vn. C. vbi pet. tut., & curat.*; non verò Loci, vbi bona reperiuntur [t]. Hodie Datio Tutoris est Actus Iurisdictionis [u], licèt de Iure antiquo competeret Magistratibus speciali Iure *l.* 19. *ff. de tut. & cur. dat. l.* 6. *§.* 2. *ff. de tutel.*: vnde non poterat mandari *l. nec mandante. ff. de tutor. & curat. dat. &c.*

XV. Datiua Tutela habet tantùm locum quando vel omnino deficit Testamentaria, & Legitima *Inst. de Attil. tut. in pr. l. si quis sub conditione.* 11. *ff. de testam. tutel.*; vel quando Legitima excluditur ex eo, quòd interim speratur Testamentaria data ex die, vel sub conditione *§. sed et si. Inst. de Attil. tut.*

[o] An Mater debeat petere Tutelam Filijs pupillis ob Mortem ciuilem Mariti *V. Seraph. d.* 830. *n.* 2.

[p] Annus requiritur ad incurrendam pœnam; sed solùm quadrimestre sufficit ad hoc vt Mater non petens incurrat moram *Amat. resol.* 24. *n.* 7. *par.* 1.

[q] Excludntur a Successione pupilli decedentis in impubertate, non solùm Mater, sed quicumque Vocati ad eius successionem, si non petant tutorem intra annum *Text. in l. sciant. C. de legit. hared.*

[r] *Gratian. discept.* 668.

[s] *Valenzuel. cons.* 198. *ex n.* 107. *Cyriac. contr.* 93. *n.* 9.

[t] *V. Delnc. de tutor. disc.* 3. *n.* 14.

[u] *Harpprecht. ad §. nos autem. Inst. de Attil. tut. n.* 364.

Digitized by Google

Communia omnibus Tutelis.

XVI. TVtela delata debet necessariò suscipi; quia est Munus publicum, saltem auctoritate *Inst. de excus. tut. in pr.*

XVII. Vt ritè suscipiatur, requiritur primò Decretum Iudicis, secundò Cautio per fideiussores, tertiò Iuramentum, quartò Inuentarij Confectio [x]. Hęc tamen potest remitti [y] a Testatore, ne forte repandantur secreta Patrimonij; sed adhuc Tutor priuatim debet conscribere res Pupilli. Hisce requisitis impletis, Tutor ritè suscipit Administrationem cum libera Potestate, & veluti Dominus *l. tutor qui tutelam. 27. ff. de administr. & peric. tut.*, sumptibus tamen Pupilli. Salarium nequit petere; quia Tutela est Munus gratuitum *l. 1. §. 9. ff. de tutel. & ration. distrab.*; nisi fortè sit promissum, vel Tutor operas suas alijs locare soleat, vel ob Tutelam res proprias deserere cogatur [z].

XVIII. Tutor tenetur præstare Auctoritatem Pupillo in eius Negotijs *Inst de auct. tut.* Hæc Auctoritas consistit in probando eo, quod geritur cum Pupillo: intellige maiore Infantia; nam Infantis cum nullus sit consensus, vix est, vt possit aliena Auctoritate suppleri §. *sed quod diximus. Inst. de inutil. stipul.* [a].

XIX. Auctoritas Tutorum est necessaria quoties Actus facere potest deteriorem conditionem Pupilli *Inst. de auct. tut. in pr.*: quoties e contra Actus facit meliorem Pupilli conditionem; v. g. si ipsi purè donetur, vel ipse ab alio stipuletur; & generaliter in omni Actu, in quo Pupillus non obligatur, non est necessaria Auctoritas *Inst. eod. in pr.* At in omni Actu, quantumuis lucroso, in quo Pupillus obligetur, semper exigitur Auctoritas §. *neque tamen. Inst. eod.* Hinc sine illa nequit Hæreditatem adire, quia ex Aditione obligatur ex quasi contractu *l. 3. in fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat.*

XX. Vbi Auctoritas est necessaria, absque illa Pupillus, si Infans sit, aut Infantiæ proximus, nec obligatur Ciuiliter, nec Naturaliter; si est proximus Pubertati, obligatur quidem Naturaliter, & ad effectum, vt accedere possit Fideiussor, qui obligetur efficaciter *l. si pupillus. 127. ff. de verb. oblig. l. Stichum. 95. §. 4. ff. de solut.*; & ad

x *Vide circa hæc omnia Harpp. Inst. tit. de legit. agnat. tut. §. 1.*

y Testator remittens Redditionem rationis censetur remittere scrupulosam, seu quò ad culpam, at non quò ad dolum *Roxas dec. 19. n. 4.*

z Salarium quando debeatur Administratoribus *V. Zacch. de salar. q. 51. a n. 6.*

a *V. Tabor. in append. post loc. comm. cap. 47. ax. 1.*, vbi quòd tunc solus Tutor gerit negotium nomine Infantis.

effectum,

effectum, vt possit fieri Novatio §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.*; at non ad effectum, vt Obligatio ipsi Pupillo officiat *l. pupillus.* 59. *ff. de obligat. & act.* Quoties tamen Pupillus fiat locupletior, datur in eum Actio de in rem verso *l. 3. in pr. ff. quamod. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest.*

XXI Auctoritas [b] debet interponi statim in ipso Negotio, at non ex intervallo §. *tutor autem. Inst. de auct. tut.* Vbi sunt plures [c] Tutores, si omnes administrent pro indiuiso, omnium Auctoritas requiritur; si pro diuiso, sufficit super Negotio, quod administrat, consensus Administrantis; si vnus tantùm administrat, illius sufficit Auctoritas *l. et si pluribus. 4. ff. de auct. & consens. tut. & l. fin. C. eod.* Si Pupillus habeat Tutorem non impeditum Auctoritatem interponere, hæc nequit suppleri a Magistratu; secus est si habeat impeditum *l. si infanti.* 18. *in fin. C. de iur. delib.*

XXII. Modi communes finiendi Tutelam sunt; Pubertas Pupilli *Inst. quib. mod. tutel. fin. in pr.*; Mors vel Pupilli, vel Tutoris; eaque tum Naturalis §. *simili. Inst. eod.*; tum Ciuilis §. *item. & §. sed & capitis. Inst. eod.*; Arrogatio Pupilli *d. §. item finitur.* Specialis Modus finiendi Testamentariam Tutelam est existentia conditionis, vel temporis, ad quod datus est Tutor in testamento §. *sed et si. & §. præterea. Inst. eod.*

[b] Auctoritas Tutoris requiritur in ipso Negotio, vt suppleatur defectus iudicij, non verò ad solemnitatem; quare nequit interponi ex intervallo *V. Gonzalez. Tellez. ad c. quoties, de pactis n. 13. ad fin.*

[c] Quando plures Tutores dati sunt testamento *V. Deluc. de tutor. d. 11. n. 2., & 3.*

§. XII.

Personæ sui Iuris sub Cura.

I. CVra est: Vis, & potestas administrandi bona eius, qui ob ætatis vitium, aut animi, aut corporis, vel aliam ob causam ipse rebus suis præesse nequit. Duplex dici potest: alia Ordinaria, quæ constituitur ratione ætatis, Minoribus viginti-quinque annis, tum masculis, tum fœminis; alia Extraordinaria, quæ ex alijs causis constituitur Maioribus viginti quinque annis [a], vt Furiosis, Mentecaptis, Prodigis, Surdis, Mutis, & perpetuo morbo Laborantibus *Inst. de curat.*

[a] Maiori quando dari possit Curator, vbi datio respicit fauorem Tertij, non etiam ipsius prohibiti, *Deluc. de tutor. d. 14. n. 31.*

II. Ex-

Digitized by Google

II. Extraordinariæ Curæ accenseri potest quando datur Curator ad litem, vel Ventri, vel Absenti, vel Hæreditati iacenti: ad quod vltimum requiritur, quòd detur ad instantiam maioris partis Creditorum; quòd nominatim citentur hi, ad quos pertinet Successio; quòd Citato statuatur tempus ad deliberandum, vel centum dierum si est Hæres extraneus, vel anni si est de Descendentibus; quòd Curator faciat Inuentarium, & satisdet [b].

III. Minoribus inuitis non datur Curator, nisi ad litem *§. item inuiti. Inst. de curat.* Vbi Curatore careant, obligantur ipso Iure, saluo tamen beneficio Restitutionis in integrum *l. 3. C. de in integr. restit.*: Curatorem habentes non obligantur ipso Iure absque Curatoris Auctoritate *d.l. 3 C. de in integr. restit.* [c]. Maiores habentes Curatorem, nullo modo obligantur, & semper requiritur Decretum *l. 1. cum alijs. ff. de curat. furios.*

IV. Curator ob Ætatem est solùm Datiuus; non autem aut Testamentarius, quia Pater de rebus Filij post eius pubertatem disponere nequit *l. 2. de vulg. subst.*, aut Legitimus, quia Minor Testamentum condere potest: quare non debet imponi onus Curæ quibus inciditur spes succedendi ab intestato [d].

V. Ob Vitium animi locus est etiam Curatori Testamentario, & Legitimo; quia Furiosi, & Prodigi nequeunt testari; vnde in Agnatis adest spes succedendi [e]: Magistratus tamen ex suo arbitrio potest ex Inquisitione constituere Curatores aut Agnatos, aut alios *§. furiosi. Inst. de curat.*

VI. Quamuis regulariter nemo necesse habeat petere Curatorem alicui, cum Minores sibi ipsis petere possint *l. si minores 2. §. 4 ff. qui pet. tut. vel curat.*; Mater tamen cogitur petere Liberis suis, si Filio adhuc Impuberi [f], vel etiam Puberi, Prodigo, Furioso, &c. Curator peti debet *l. 1. ff. eod. & l. 2. §. 31. ff. ad S.C. Tertull.*; vt etiam Tutor, finita tutela, debet vel Curatorem Puberi petere, vel eum admonere, vt sibi Curatorem petat; alioquin non liberatur *l. admonendi. C. qui pet. tut. vel curat.* [g] Pariter Creditor petere potest, vt Curator constituatur Minori *l. 1. C. eod.*; vel etiam Tutor potest petere, qui redditurus sit rationes *l. 7. C. eod.*

b *Capyc. decis. 87. n. 1.*
c *V. Harpp. ad §. item inuiti. Inst. de curat. a n. 17.*
d *Sutholt. dissert. 3. n. 42.*
e *V. Sutholt. loc. cit. & Harpprecht. ad prædict. Inst. de curat. ex n. 3.*
f Casus, quibus Impuberi Curator est petendus *V. in §. interdum. Inst. de curat. & in Glass. in l. 1. ff. qui pet. tut. vel curat.*
g *Rot. decis. 377. a num. 43 par. 27.*

§. XIII.

§. XIII.

Communia Tutelæ, & Curæ.

I. PRimò prohibentur tum a Tutela, tum a Cura; vltra Mutos, & Surdos, Furiosos, Milites, Infames, & Fœminas exceptâ Matre, & Auia; etiam Debitores, & Creditores [a] Pupilli, & Minoris [b]: modò non sint dati Tutores in Testamento, quia tunc remouetur fraudis suspicio ob eorum fidem probatam a Testatore *arg. pr. Inst. de satisd. tut. vel curat.*; vel non sint Creditores paruæ summæ, cuius æstimatio pendet ab arbitrio Iudicis [c].

II. Secundò & Tutor, & Curator tenentur Satisdare; & quidem per Fideiussores, nisi dati sint Testamento, vel cum Inquisitione *tot. tit. Inst. de satisd. tut. vel curat.*: neque sufficit Satisdatio per Pignora, quia hæc habet locum vbi cauetur de certa quantitate, vel pro re certa; non verò quando de eo, quod non habet certam æstimationem, vt in Tutela [d].

III. Tertiò tam Tutor, quàm Curator excusantur ab onere ex iuxta Causa [e]: nam si causa sit falsa nihil operatur §. *fin. Inst. de tutel. & tot. tit. C. si tut. vel cur. falsi etc.* Causarum iustarum numerus habetur ex *tit. Inst. de excusat. tut.*, *vel curat.* [f] Clericatus etiam excusat; nam Iura, quæ videntur prohibere, ne Clerici sint Tutores, intelligenda sunt, ne possint cogi [g]: & quòd possint esse Tutores, affirmant plerique saltem respectu Consanguineorum, & Miserabilium, quanuis negent respectu Extraneorum [h]. Excusatio debet allegari vel per se, vel per Procuratorem; vel viuâ voce, vel in scriptis apud Iudicem competentem, intra quinquaginta dies continuos a die scientiæ, & debet expediri intra quatuor menses continuos §. *qui autem. Inst. de excus. tut.* Possunt proponi plures Excusationes, si adsint; earum tamen numerus non iuuat, si singulæ sint imperfectæ *l. spadonem. 15. §. 11. ff. de excus. tut. & §. qui autem. Inst. eod.*

a Si Tutor fiat Creditor, & Lis superueniat cum Pupillo post Tutelam susceptam, non remouetur, sed ei datur Adiunctus *Cyriac. contr. 93. 4 n. 8.*

b De quib. omnib. *Eckelt. ad tit. ff. de tutel. §. 4. & 5. & Vuesemb. ad eund. tit. n. 5.*

c *Cyriac. contr. 93. n. 21.*

d *Harpp. ad tit. Inst. de satisd. tut. in pr. a n. 9. & Vinn. ibid.*

e Tutor habens iustam causam excusationis, si tamen de facto se ingerit, dicitur in dolo, vel culpa *Deluc. de tutor. d. 9. sub n. 5.*

f Quòd Aduocatus excusetur a tutelâ *Vricol. Decis. Florent. dec. 2.*

g *Delus. de fund. disc. 100. n. 2. 3. 4. & de Tutor. disc. 3. n. 21.*

h *V. Pignatell. tom. 5. consult. 10. per tot.* vbi quòd Clericus Tutor non gaudet priuilegio fori *n. 14. Sobell. in summ. v. Clericus, n. 8.*

IV. Quæ-

IV. Quæstò & Tutor, & Curator possunt postulari vt suspecti, pendente, at non finita Administratione *l. 12. ff. & l. 1. C. de suspect. tut.* Iudicium suspecti licèt non sit publicum, habetur tamen pro publico, quatenus quilibet admittitur ad accusandum. *§. consequens est 3. Inst. de suspect. tut.*: est extraordinarium, seu anomalum; nam nec est simpliciter ciuile, nec criminale; quia modò agitur, vt suspecto adiungatur Curator, modò vt suspectus remoueatur, modò vt puniatur [i].

V. Remoueri potest ob dolum, & latam culpam, at non ob leuem, aut leuissimam *l. 7. §. 1. ff. de suspect. tut.* Solùm remotus ob dolum incurrit Infamiam *§. suspectus 16. Inst. de suspect. tut. vel curat.* non autem ob culpam latam, quia haec aequiparatur dolo in causis tantùm pecuniarijs *Gloss. in l. impuberibus 7. §. 1. ff. de suspect. tut.* [k].

Intellige de lata culpa simplici, non de commixta praesumptioni doli *l. tutor qui. ff. de administr. tut.*

VI. Quintò est commune Tutelae, & Curae, vt ex ijs oriantur Actiones directae, & contrariae [l]. Directa simpliciter talis competit Pupillo, eiusque haeredibus contra Tutorem [m], eiusque haeredes, vt finita Tutela, & Administratione reddat rationem, & restituat quidquid est reliquum ex rebus pupillaribus; damnumque resarciat ex dolo, vel culpa lata, & leui illatum *l. 1. de tutel. & rationib. distrab.* [n] Ex his Dolus est concludenter probandus, cuius Actio extinguitur biennio *l. fin. C. de dol. mal.*

VII. Directa vtilis datur Minori contra Curatorem *l. 4. §. fin. ff. de tutel. & rationib. etc.* Huic affinis est Actio Protutelae, quae datur contra Protutorem, hoc est contra eum, qui per errorem negotia pupillaria gessit tanquam Tutor, vel se esse Tutorem finxit *l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tut, etc.* [o].

VIII. Datur etiam Actio directa subsidiaria, quae competit contra Magistratum, sed in subsidium, quatido Tutores, aut Fideiussores minùs idoneos admisit *§. sciendum. cum duob. seqq. Inst. de satisd. tut & tot. tit. ff. de magistr. conuen.*

i *Harppr. ad pr tit. Inst. de suspect. tut. vel curat.*

k Ideoque putant DD. corporalem poenam infligi non posse ob latam culpam, contra quos *V. Ant. Matth. de Crim. tit. de poen. c. 4. n. 11.*

l Hypotheca legalis datur Pupillo contra Tutorem, & etiam contra se intrudentem *Deluc. de tutor. disc. 9. num. 10.* vt & contra Executorem testamentarium *disc. 10. n. 8.*

m Non tamen contra Administratores deputatos a Tutore &c. *Deluc. de cred. d. 88. n. 12.*

n *Eckolt. ad tit. ff. de tutel. & rationib. Sabell. in summa v. Tutela sub n. 17.*

o *Rot. par. 17. rec. dec. 377. n. 54.*, vbi textus.

IIIo Contraria Actio directa datur Tutori, & eius hæredibus finita Tutela, aduersum Pupillum, & eius hæredes, ad consequendum quidquid ei ex causa, & occasione Tutelæ vel abest, vel ab eo abfuerunt *l. 1. & l. 3. ff. de contr. tutel. & util. act.* Eadem contraria, sed vtilis, datur Curatori contra Minorem, & Procuratori contra Pupillum *l. fin. ff. de eo, qui pro tut. etc.*; etiam ante finitam Curam, & Procuratelam; licet Contraria directa non detur Tutori, nisi finita Tutela *l. 4. pr. ff. de tut. & rat. etc. l. 1. §. 3. ff. de eo, qui pro tut. etc.* Tutor, & Curator regulariter tenentur de lata, & leui, non de leuissima culpa *l. 1. in pr. ff. de tutel. & rat. l. 4. & 7. C. arbitr. tut.* Vltra Actiones, quæ competunt Pupillo, & Minori, vtrique in casu, quo sint læsi, conceditur beneficium restitutionis in integrum *l. 49. ff. de minorib. & l. 1. 2. & 11. C. de præd. & al. reb. minor.*

p Circa hæc omnia *V. Eckolt. ad titulos ff. de tutel. & rat., de contr. tut. etc. & de eo, qui pro tut. etc.*

SECVNDVM OBIECTVM IVRIS, RES.

§. I.

Rerum Diuiſio.

I. VOcabulo Rei ſignificatur in Iure omne id extra Perſonas, circa quod Ius verſari poteſt [a]; quod propterea in genere dicitur Ius rerum, & deſcribi poteſt, quòd ſit: Facultas moralis agendi aliquid circa res [b].

II. Res *ex tit. Inſt. de rer. diuiſ.* ſunt vel Diuini, vel Humani Iuris *l. 1. in pr. ff. de rer. diuiſ.* primæ dicuntur extra patrimonium; alteræ in patrimonio *princ. Inſt. h. t.*

III. Diuini Iuris ſunt Res Sacræ, Religioſæ, & Sanctæ *§. 7. Inſt. h. t. l. 1. ff. eod.* Hæ omnes dicuntur eſſe in nullius bonis ſimpliciter, & abſolutè, ſeu negatiuè; quia nec actualiter, nec aptitudine ſunt in bonis *l. 1. in pr. ff. de rer. diuiſ.*, ad differentiam aliquarum rerum Humani Iuris, quæ dicuntur in nullius bonis, ſed reſpectiuè, & ſecundùm quid *vt in §. litterarum. & §. feræ igitur. Inſt. de rer. diuiſ.*; nam aptitudinem habent, vt eſſe poſſint in bonis.

IV. Res Sacræ dicuntur hodie, quæ Dei cultui conſecrantur *l. 9. §. 1. ff. h. t. Nouell. 67. cap. 1.*, vt ædes ſacræ, veſtes, vaſa, &c. Hæ poſtquam ſemel Cultui diuino ſunt dicatæ, licèt vſus ille ceſſet, conuerti non debent in profanos vſus *c. non. 51. de reg. iur. in 6.* [c]. Sic nequeunt alienari, vel obligari, niſi ad redimendos captiuos *§. 8. Inſt. h. t.*; vel ad pauperes alendos *l. 21. C. de SS. eccl.*; vel ad diſſolnendum vrgens Æs alienum Eccleſiæ *ainth. hoc ius porrectum. C. de SS. eccleſ.*: quibus caſibus requiritur tamen & Iuſta Cauſa, & Decretum Superioris [d]. Bona Eccleſiæ non ſunt res Sacræ, ſed bo-

a *V. l. 1. ff. de rerum diuiſione & Vinn. inſtit. de rer. diuiſ. n. 1.*

b *Eckolt. ad tit. ff. de rer. diuiſ. §. 1.*

c Neque poſſunt pignori dari *Gonzal. Tell. ad c. vt de pignor.*

d *V. Gonzal. Tell. ad c. nulli liceat. n. 8. diuerſ. eccl. non alien.*

na Ecclesiastica, deseruientia alimentis ministrorum, aliisque vsibus *l.* 17. §. 1. *C. de SS. eccl. & Nou.* 120. *c.* 1. Hæc possunt obligari, & alienari accedente euidenti Vtilitate ecclesiæ, & Beneplacito apostolico *tit. Decret. & Extr. de reb. eccl. non alien.*

V. Res Religiosæ (potiùs Loca) dicuntur, quæ mortui illatione, facta animo ibi sepeliendi, a commercio hominum eximuntur §. 9. *Inst. h. t.*

Res Sanctæ dicuntur, quæ Sanctione aliqua muniuntur contra hominum iniurias, vt valla, portæ, & muri ciuitatis, & etiam leges §. 10. *Inst. eod.* Non omnes tamen Muri Ciuitatis, sed mœnia, & propugnacula sunt Sancta [e].

VI. Res humani Iuris aliæ sunt Iuris humani Publici, aliæ Iuris humani Priuati *l.* 1. *in pr. ff. de rer. diuis.* Hæ vltimæ pertinent ad singulos §. *singulorum. Inst. eod.* Publici Iuris sunt primò res Communes, quarum proprietas est nullius, at vsus omnibus patet: tales sunt aer, aqua profluens, mare, maris littora §. 1. *Inst. eod.*: item feræ bestiæ, & alia, quæ enumerantur in §. *feræ igitur. & §§. seqq.*; quæ tamen sunt quidem nullius ante occupationem; sed impropriè dicuntur Communes, cum non sint vsus promiscui.

VII. Secundò sunt Iuris humani Publici Publicæ res specialiter sumptæ; hoc est quarum proprietas habet certos dominos, at vsus est communis omnibus: eiusmodi sunt flumina perennia, quatenus recipiunt vsum nauigandi, & piscandi, portus, ripæ. §. *flumina, & §. riparum.*

VIII. Tertiò Res Vniuersitatis, quarum proprietas est alicuius certæ Vniuersitatis, aut Collegij, at vsus est communis singulis ex Vniuersitate, & Collegio: huiusmodi sunt theatra, stadia, balnea publica, porticus etc. §. *vniuersitatis.* Tales autem non sunt, quæ dicuntur esse in patrimonio ciuitatis, vt vectigalia, metalla publica, etc. quæ ita spectant ad Vniuersitatem, vt vsus non pertineat ad singulos [f].

IX. Præter has diuisiones, Res aliæ dicuntur Corporales, aliæ Incorporales *Inst. de reb. corp. & incorp. in pr.* Corporales sunt, quæ sua natura tangi possunt §. 1. *Inst. eod.* ad hoc sufficit aptitudo, vt possint tangi; suntque aliæ Mobiles, aliæ Immobiles. Immobilium nomine veniunt nedum ædificia, & fundi; sed etiam quæ subrogantur in horum locum, v. g. pecunia ex re immobili retrahta [g], &

e *V. Ant. Matth. de Crim. tit. de carcer. [illegible] c. 4. n. 2.* vbi negat Muros carceris esse Sanctos contra *Feguer. dec. [illegible]*

f *Eckolt. tit. ff. de rer. diuis. §. 13.*

g *V. Taber. v. Pecunia an. [illegible]*

destinata

destinata ad emptionem rei Immobilis; vt & iura, nomina, & actiones ad rem Immobilem competentes [h]. Res Incorporales sunt, quæ sua natura tangi nequeunt §. 2. *Inst. de reb. corp. & incorp.*: consistunt vel in Quantitate, vt Nummi (licet hi considerati vt species sint Corpus) vel in Facto, vt Possessio; vel in Iure, vt Seruitus, Hæreditas, Obligatio, etc. [i].

X. Ius circa Res diuiditur in Ius in re, & Ius ad rem [k]. Ius in re afficit Rem ipsam intrinsecùs, eique adhæret [l]; & ex eo oritur Actio realis: estque quintuplex, Dominium, Possessio, Seruitus, Pignus, seu Hypotheca, Ius Hæreditarium [m]. Ius ad rem Personam adstringit ad aliquid dandum, vel soluendum: vno verbo, dicitur Obligatio, cuius fontes assignantur quinque, Contractus, Quasi contractus, Delictum, Quasi delictum, Lex, prout secundùm eam nascitur Obligatio etiam ex aliis variis causarum figuris *vt in l. 2. in pr. ff. de act. & oblig.* Ex his fontibus nascuntur Actiones personales [n].

XI. Cum Ius in re, & Ius ad rem complectantur totum hoc secundum Obiectum Iuris, istud diuidemus in duas Partes; prima discutiet Ius in re; altera Ius ad rem.

h. De his omnibus rerum speciebus accuratè agit *Eckolt. tit. de rer. diuis. §. 16.*
i *Eckolt. loc. cit. §. 17.*
k *Stephol. dissert. 4. n. 2.*
l Clarius: Ius in re afficit rem ipsam sine interuentu Personæ: Ius ad rem afficit rem, sed mediante facto Personæ *V. Tabor in loc. communn. lib. 3. cap. 137. num. 2. & 3.*
m *Eckolt. cit. tit. de rer. diuis. §. 2.*
n *Eckolt. ibid. §. 3.*

Digitized by Google

PRIMA PARS IVRIS RERVM,

IVS IN RE

§. I.

Primum Ius in Re, Dominium.

I. EX quibuscunque Iuribus in re primum est Dominium, quod est fortius cæteris; quia veluti absorbet ipsam rei substantiam. Hinc ab effectu definitur [a]: Ius perfectè disponendi de re corporali; a priori, seu a causa definitur: Ius in re, quo res cuiusque propria est *l. cum duobus. 52. §. 10. ff. pro soc.* Saltem in generali significatu, idem est ac Proprietas *l. 13. ff. de acquir. rer. dom.*; quanuis in specialiore vsurpatione Proprietas plerunque distinguatur ab Vsufructu *l. 6. in pr. C. de bon. quæ liber. l. 23. quib. mod. usufr. amitt.*

II. Diuiditur Dominium in Plenum, & Minùs plenum: Plenum dicitur pleno iure *l. 11. C. de act. empt.*, & est Proprietas rei coniuncta cum vsufructu causali *l. 17. ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. 28. in pr. ff. de vsufr.* Minùs plenum aliud dicitur Directum, aliud Vtile: Directum vel consistit in nuda Proprietate, separata ab omni fructuum perceptione *§. vsusfructus. & §. fin. Inst. de vsufr.*; vel in superiori Potestate absque Iure vtendi [b]: Vtile habet coniunctam plenissimam vtilitatem, sed dependenter a Directo: tale est in Emphyteuta, & Vassallo, non autem in Vsufructuario formali; nam primi possunt agere rei vendicatione, vtili tamen, etiam contra ipsum Dominum directum *l. 73. §. 1. & ll. seqq. de rei vend. c. vn. §. rei autem. de inuestit. de re alien. in Vsib. feud. lib. 2.*, qua non potest agere Vsufructuarius formalis, vt qui rem habet Iure seruitutis, non dominij *arg. l. 5. §. 1. ff. si vsufr. petat.*

III. Addunt alij diuisionem Dominij in Dominium Proprietatis, seu rerum Corporalium, & Dominium Iuris, seu rerum Incorporalium: primum dicunt Dominium simpliciter; secundum Quasi dominium. Hæc diuisio est Magistralis, hoc est non habet fundamentum in Iu-

a *Bart. in l. si quis vi. 17. §. 1. de acquir. vel amitt. possess.*

b *Add. ad Eckolt. tit. de acquir. rer. dom. §. 6.*

re;

sed inuenta est a Doctoribus ad faciliorem usum: eo modo, quo pariter Possessio rerum Corporalium dici consueuit simpliciter Possessio, Incorporalium verò Quasi possessio.

IV. Distinctio Dominiorum solet adscribi Iuri gentium l. ex hoc iure §. ff. de iust. & iur.; vulgò enim dicitur, quòd Iure naturali omnia fuerint communia. Sensus est, quòd de Iure naturæ res de facto non fuerint diuisæ, sed permissæ tantùm per occupationem: alias etiam Ius naturale agnouit Proprietatem, seu Dominium ante vllam distinctionem; cum Adam, & eius Filij verè fuerint Domini.[d]

V. Distinctio igitur Dominiorum ortum habet ex naturali Occupatione, seu Possessione, vt ex hac §. ff. de acquir. & amitt. poss. Occupationem natura permittente, non verò præcipiente.[e]

VI. Communiter pro Causa efficiente Dominij propinqua solent assignari Modi ipsum Dominium acquirendi, pro remota verò aut Ius gentium, aut Ius ciuile §. singulorum Inst. de rer. diuis. l. Inst. de acquir. rer. dom. [illegible] in pr. & n. 48.

[d] Eckolt. loc. cit. [illegible]
[e] Grot. de Iure B. & P. lib. 2. cap. 3. n. 5.

§. II.

Modi acquirendi Dominij de Iure Gentium.

I. FOrum veluti radix est Occupatio in genere, facta animo Dominij. Hæc alia est Vera, alia Ficta.

Occupatio Vera.

II. ALia est Rerum nullius (nempe Iuris humani) alia est Rerum singulorum. Prima fit vel per Venationem in genere, vel per Inuentionem.

III. Venatio in genere comprehendit tres species: prima dicitur Venatio in specie, qua occupantur feræ, seu animalia agrestia; secunda Aucupium, quia volucres; tertia Piscatio, qua pisces. Horum omnium acquiritur Dominium per Occupationem, donec maneant in

ſtatu libertatis naturalis, quamuis occupentur in alieno fundo, etiam diſſentiente, & prohibente Domino §. 12. *Inſt. de rer. diuiſ.* licet prohibenti competat Actio iniuriarum *l. 13. §. fin. ff. de iniur.* non tamen acquiruntur ſi ſint vel manſuetæ, & domeſticæ a Natura, vel manſuefactæ Arte, niſi hæc vltimi redeant ad priorem naturam *d. §. 12. Inſt. h. tit.*

IV. Hodie Ius Venationis in genere Principes traxerunt ad ſe Iure Superioritatis, ſeu Regalium: licet enim Lex ciuilis nequeat mutare id, quod Ius naturale aut prohibet, aut præcipit, poteſt tamen circumſcribere eá, quæ Ius naturale ſimpliciter permittit: præſertim quia huius prohibitionis aſſignantur iuſtæ cauſæ, nempe vt in ſubditis vigeant diuerſi Ordines, vt non turbetur Tranquillitas publica; vt conſeruetur Genus ferarum [a].

V. Inuentio alia eſt Rerum nullius Naturæ: tales ſunt Res communes Inanimatæ, v. g. conchilia, arenæ maris, lapilli, & gemmæ in littore maris natæ, inſulæ pariter in mari natæ §. *item lapilli.* 18. *Inſt. de rer. diuiſ.* Etiam huiuſmodi Res Principes videntur ſui Iuris hodie feciſſe [b].

VI. Alia eſt Rerum nullius Facto domini, nempe quas dominus habet pro derelictis §. *qua ratione.* 47. *Inſt. eod.*: tales tamen non ſunt, nec habentur ſi ſint amiſſæ caſu; ſi proiectæ ſint a domino in caſibus incendij, naufragij, tempeſtatis, & ruinæ §. *fin. Inſt. eod.*

VII. Alia eſt Rerum nullius ratione Temporis, cuiuſmodi cenſentur theſauri. Theſaurus eſt: vetus Pecuniæ depoſitio, cuius inuij memoria non extat *l. vnic. C. de theſaur. & l. nunquam.* 31. *ff. de acquir. rer. dom.* ſpectato Iure gentium, ſi inueniatur magicis artibus, recidit in Fiſcum *d. l. vn. C. de theſaur.*: ſi medijs licitis, acquiritur totus Inuenienti in Fundo proprio, ſine caſu, ſiue induſtria: in Loco ſacro, & religioſo, ſi caſu, at non ſi ex induſtria. Inuentus in alieno Fundo acquiritur Inuentori ſecundùm medietatem, alia cedente Domino, ſi inueniatur caſu; at ſi ex induſtria, totus cedit Domino §. *theſauros.* 39. *Inſt. h. t. l. vn. C. de theſaur.* Etiam theſaurorum Inuentionem Principes fecerunt ſui Iuris; idque Iure Territorij, cuius ſunt vniuerſales domini, non minus quàm Lex *l. de precario. 9. ff. ad l. Rhod. de iact.* [c].

a *Eckolt. cit. tit. de acquir. rer. dom. §. 15.*
b *Eckolt. loc. cit. §. 20.*
c *Grot. de Iur. bell. lib. 2. c. 8. n. 9. Vinn. ad §. theſaurus. n. 6. Inſt. de rer. diuiſ.*

VIII. Oc-

VIII. Occupatio rerum singulorum parit Dominium vel ex Voluntate, vel contra Voluntatem prioris domini. Ex Voluntate domini acquirit per Occupationem Dominium Fructuarius Iure seruitutis personalis, per quod fructus a se, vel ab alio ipsius nomine a solo separatos [d] statim acquirit §. *is verò. Inst. h. t. l. si vsufructuarius. ff. quem ad. vsusfr. amitt.*: separatos autem ab alio, at non Fructuarij nomine, acquirit tantùm post asportationem in horreum [e]. Eodem modo acquiruntur fructus ex Voluntate domini a Colono, non tamen Iure seruitutis, sed societatis *d. §. is verò. Inst. h. t.* [f].

IX. Ex domini Voluntate acquiritur Dominium per Traditionem domini, non tamen nudam, sed coniunctam Causæ, seu Titulo habili §. *per traditionem. 40. Inst. h. t. l. traditionibus. 20. de pact.* Traditio alia est Vera, alia Ficta. Vera est, quando verè traditur res *l. non statim. ff. de pecul.* In Emptione tamen illud est singulare, vt quanuis concurrat vera Traditio, non transferatur Dominium, donec Emptor soluerit pretium aut verè, aut fictè; nempe per habitam fidem de pretio; vel per compensationem; vel per aliam speciem solutionis fictæ §. *venditæ. 41. Inst. hoc tit.*

X. Traditio Ficta, vel Quasi, est, qua traduntur Res incorporales per patientiam *l. 3. in pr. ff. de vsufr.*: talis est etiam quæ fit breui manu; quando solutio, & traditio verè facta vni, fingitur fieri pluribus §. *interdum. 44. Inst. h. t.*: talis est pariter quæ fit per signum, v. g. per clauem domus §. *item si quis. 45. Inst. hoc tit.* [illegible]

XI. Contra Voluntatem domini acquiritur Dominium primò in Bello iusto §. *item ea quæ ex hostibus. 17. Inst. eod.*; secundò Perceptione fructuum facta a bonæ fidei possessore §. *si quis a non domino. eadem.* Bona fides est: Firma Opinio, qua quis credit, rem suam esse; hoc est qui consecutus est rem a non domino, quem credidit esse dominum: vel etsi nouerit non esse dominum, iustè tamen existimat habuisse Ius alienandi *l. bonæ fidei 109. ff. de verb. signif.* Mala fides est: Scientia, quòd res sit aliena *l. 12. & l. 33. §. 1. ff. de vsurpat. etc.* [g]. Datur etiam Media fides, hoc est nec bona, nec mala, quæ consistit in errore, vel in dubio, an res sit sua, vel aliena [h].

[d] Hinc fructus pendentes prorsus spectant ad Proprietarium; quia Vsufructuarius facit suos Fructus non ratione possessionis, sed iuris percipiendi, deducti ad exercitium *Castill. de vsufr. c. 77. a n. 4.*

[e] *Mynsinget. ad §. is verò. Inst. de rer. diuis.*

[f] *Vinn. ad eund. §. is verò.*

[g] *Hartprecht. Inst. de rer. diuis. §. si quis a non domino. n. 31. & 32.*

[h] Et hæc media sufficit ad acquisitionem fructuum, quanuis dicatur Bona fides negatiua *Conciol. alleg. 72. n. 64. 65.*

XII. Bona fides non solùm tribuit Dominium fructuum, ita vt supeueniente mala fide non debeant restitui, saltem si sint consumpti; sed vlteriùs præstat Possessori conditionem vsucapiendi fundum, cum possideat opinione domini. Tam bona, quàm media Fides excusat a restitutione fructuum i non extantium, & consumptorum; modò Possessor ex consumptis non sit factus locupletior. Ita explicant plerique: at secundùm alios hæc limitatio procedit vel tantùm in fructibus merè Naturalibus (quod tamen multi negant); vel in Judicio vniuersali, v. g. hæreditatis petitione, vt in quo pretium succedit loco rei. Possessor malæ fidei tenetur restituere omnes fructus nedum extantes, sed perceptos, & consumptos; imò & qui percipi potuissent §. & *si in rem. Inst. de off. iud.* k.

Occupatio Ficta.

XIII. IN genere dici potest Accessio: hæc, alia fit Natura, alia Facto hominis. Prima est triplex: alia enim fit per Fœturam animalium, quorum partus sunt in fructu §. *in pecudum.* 37. *Inst. h. t.* & §. 19. *cod.*: alia per Fœturam ancillarum, non ratione fructus, quia Homo non est in fructu *d.* §. 37 *Inst. cod.*; sed Iure accessionis, qua partus sequitur ventrem l: alia fit Facto fluminis; idque vel per Alluuionem, qua, sensim allambente flumine, terra lateriter fundo nostro adijcitur §. *præterea.* 20. *Inst. cod.*; vel per Coalitionem, quando scilicet pars vicini prædij, vi fluminis nostro fundo fuerit adiecta, & cum eo coaluerit, & Coalitionis signum est, si arbores, quas secum traxit, radices egerint in nostrum fundum §. *quod si vis.* 21. *Inst. cod.*; vel per Productionem Insulæ in Alueo, quæ tota accedit ripæ viciniori si ad eam propinquiùs vergat; vel acquiritur pro medietate, vtrique ripæ si medium Fluminis occupet §. *insula.* 22. *Inst. cod.*; vel demum per Alueum derelictum, qui hinc inde acquiritur pro medietate Possidentibus prædia prope ripam §. *quod si naturali.* 23. *Inst. cod.*

i De Fructuum diuisione, & singulorum exemplis exactè *Fagnan. in c. grauis de restit. spol. a n.* 18.

k *V. Deluc. de donat. disc.* 43. *sub n.* 5. *Suthold. dissert.* 4. *ad Instit. num.* 57. *Harpprecht. loc. cit. ex num.* 35. *Eckolt. ad tit. ff. de acquir. rer. dom. §.* 29. *Fachin. lib.* 1. *contr.* 56. 57. 58. 59. Post cessationem bonæ fidei, Possessor tenetur restituere fructus extantes, non per rei vendicationem, quia eos percepit vt Dominus; sed ex æquitate, & per officium Iudicis *V. Fagnan. in cap. grauis. de restit. spol. n.* 56. vbi plenè de materia.

l *V. Vinn. & Harpp. ad d. §. in pecudum.* 37. *Inst. de rer. diuis.*

XIV. Ac-

XIV. Accessio Facto hominis, alia Propria, alia Impropria dicitur. Propria alia est, qua Accessorium accedit Principali, nempe corpus corpori, vt purpura vestimento, gemma annulo, statuæ pes, scypho ansa, tabula naui §. *si tamen alienam. 26. hoc tot: l. 26. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. in rem. §. 2. & aliquot seqq. ff. de rei vind. l. cum aurum. 19. §. peruenimus. 13. ff. de aur. & argent. leg.* m: alia, qua Adiunctum cedit Subiecto, nempe superficies corpori, vt ædificium n, planta o, semen; quæ post radices actas cedunt solo, & soli domino acquiruntur §. 29. §. 30. §. 31. §. 32. *Instit. eodem.* Pictura tamen non cedit subiecto, seu tabulæ, quia in ea magis spectatur ars, quàm substantia §. *si quis in aliena. 34. Inst. eod.*; cedit tamen si accedat muro, vel statuæ p: semper tamen domino tabulæ, si possideat, competit exceptio doli; si non possideat, vtilis actio ad consequendum pretium *d. §. si quis in aliena. 34.* Diuersum de Scriptura statuitur in §. *litteræ quoq; 33. Inst. de rer. diuis.*; ex quo Scriptura cedit chartæ, ita tamen vt qui bona fide scripsit, si possideat, exceptione doli sumptus Scripturæ consequatur: quamuis ad æquitatem pertineat, vt si quis in aliena charta bona fide scripserit Ingenij meditationes, si ipse possideat, absoluatur, si pretium, vel aliam æquè probam chartam restituere sit paratus; sin chartæ dominus possideat, accepta chartæ æstimatione per actionem in factum, Scripturam vnà cum charta restituere compellatur *arg. l. 3. §. penult. ff. ad exhib.* q.

XV. Accessio Impropria est quintuplex. Prima est Specificatio, qua inducitur noua forma in materiam. Si forma est reducibilis ad priorem materiam, specificans non acquirit Dominium, nisi materia fuerit communis ipsi, & alteri; si non est reducibilis, acquiritur specificanti, quia tunc dicitur materia perijsse ciuiliter §. *cum ex aliena. Inst. eod. l. 7. §. 7. & l. 25. ff. de acquir. rer. dom.*: noua tamen forma debet esse remota, & pendens ab arte, non verò proxima,

m Regulas, quibus dignoscatur, an quid sit accessorium vel principale tradit *Vinn. ad d. §. 26. Inst. de rer. diuis. n. 2.*

n Ecclesia ædificata in solo alieno non cedit solo, sed è contra; ita tamen vt Ecclesia rependat iustum pretium *Anostaz. de caus. pijs lib. 5. c. 2. num. 26. V. Antonell. de Regim. Eccl. episc lib. 1. c. 2. n. 6.* & hoc quod dicitur de Ecclesia procedit etiam in Fabrica facta in alieno solo, ad finem vt subiaceat fideicommisso *V. Rot. part. 19. decis. 177. à n. 7.*

o Emens cum pacto retrouendendi non fit Dominus Arboris vi auulsæ, sed Venditor; qui tamen cauere debet de restituendo pretio, si non redimat *Ludouis. decis. perus. 5. per tot.*

p *Mysing. ad §. si quis in aliena. Inst. de rer. diuis. n. 5.*

q *Eckolt. ad tit. ff. de acquir. rer. dom. sub §. 35.*

& pendens à natura; quia tunc dicitur potius forma detecta, quàm de nouo addita *d. l. 7. §. 7.*: exemplum est in Vino ex alienis Vuis [r]. Ad Specificationem, vt per eam acquiratur Dominium, requiritur bona fides tam de ratione naturali, quàm ciuili [s].

XVI. Secunda dicitur Confusio, quæ est Augumentum Continui, seu materiæ liquidæ *§. si duorum. 27. Inst. eod.* Tertia dicitur Commixtio, quæ est Augumentum Acerui, seu quantitatis discretæ, & materiæ solidæ *§. quod si frumentum. 28. Inst. eod.* Per has duas non acquiritur nouum dominium, sed mutatur ratio dominij; qui enim priùs erant Domini pro diuiso, fiunt Condomini pro indiuiso [t]. Quarta dicitur Ferruminatio, & quinta Adplumbatio: prima fit per conglutinationem massę ad massam sine medio; secunda fit per iunctuam cum medio *l. quidquid. §. 2. de acquir. rer. dom. l. in rem. §. 5. ff. de rei vend.*

XVII. Accessio Facto hominis, vel adijcit alienam materiam proprio fundo, vel propriam alieno. In primo casu, quoties materia est Inseparabilis, si Adiectio est facta bona fide, competit Domino materiæ Actio in factum *l. 23. §. 5. de rei vend.* ad æstimationem *l. cum autem. 52. ff. eod.*: si mala fide, eidem conceditur Actio vtilis ad exhibendum, & per hanc vtilis vendicatio *l. de eo. 12. §. 3. ad exhib.*; nam licèt materia censeatur perijsse, fingitur tamen extare, ex eo quia Specificans, & Adijciens dolo malo desijt possidere *l. qui dolo. 131. de reg. iur.* [u].

XVIII. In casu, quo materia est Separabilis, si separatio omnino est prohibita, vt in plantis, vel Adiectio est facta bona fide, & competit Domino materiæ Actio sola in factum *d. l. 23. §. 5. de rei vend.*: vel mala fide, & competit Actio vtilis ad exhibendum *l. 1. in fin. & l. 2. de tign. iunct.*, aut etiam Actio furti *§. vlt. Inst. de obl. quæ ex del.*; at nunquam vera Vendicatio, etiam post separationem; nam semper censetur alia materia postquam radices egit *l. sed si. 26. §. arbor. ff. de rer. diuis.* [x].

r *V. Bachou. ad §. si tamen alienam. Inst. de rer. diuis. n. 3.* Bachou. confutatur a *Vinnio. Inst. lib. 2. tit. 1. ad §. cum ex aliena. n. 5. Manz. ad §. cum ex aliena. Inst. de rer. diuis. ex n. 19.*

s *Vinn. ad d. §. cum ex aliena. n. 2.* contrarium tamen *Bachou. ad §. cum ex aliena. Inst. de rer. diuis. etc. sub vers. porrò Iustinianus. & ad §. si tamen. n. 3.*

t *Vinn. ad dd. §§. 27. & 28.*

u *V. Bachou. ad §. cum ex aliena. ad §. cum in suo solo; & §. ex diuerso. Inst. de rer. diuis. & Vinn. locis eisd.*

x *V. Bachou. & Vinn. ad §. si Titius. Inst. de rer. diuis.*

XIX. Si

XIX. Si separatio est prohibita tantùm secundùm quid, vt in ædificijs, quandiu scilicet durant; tunc non datur Actio ad exhibendum, ne ruinis deformentur ædificia [y]; sed tantùm Domino materiæ datur Actio de tigno in duplum §. *cum in suo solo. Inst. de rer. diuis. l.* 1. *ff. de tign. iunct. l.* 23. §. *pen. ff. de rei vend.* Hæc Actio, vbi adiectio est facta bona fide, dicitur Compensatoria, nempe quasi iniuriæ, quæ fit Domino, ex eo quòd impeditur vendicare, & inuitus cogitur carere sua re; excludi tamen potest si ædificans velit tignum ipsum restituere: at si est facta mala fide, Actio de tigno in duplum est Pœnalis *l.* 2. *de tign. iunct.* [z]. Vera illam Dominus materiæ etiam constante ædificio, habet vtilem actionem ad exhibendum *l.* 23. §. *tignum. ff. de rei vend. l.* 1. §. 1. *ff. de tign. iunct.*; dirutoque ædificio, potest materiam directò vendicare *l. si quis.* 7. §. *sed in. ff. de excep. rei iud.* [a]. Ex hoc infertur, quòd aliud est, esse Dominum ædificij, aliud materiæ; & quòd huius dominium, etiam constante ædificio, non amittitur simpliciter, sed tantùm secundùm quid *l. habitator.* 59. *ff. de rei vend.* [b].

XX. Quando separatio permittitur, antequàm hæc sequatur, in casu bonæ fidei datur Domino materiæ Actio ad exhibendum *l. gemma.* 6. *& l.* 7. §. 2. *ff. ad exhibend.*; sed vbi damnum ex separatione resultet, admittitur ex æquitate æstimatio [c]: in casu malæ fidei datur Actio ad exhibendum *l.* 1. *in fin. & l.* 2. *de tign. iunct. l.* 27. §. 3. *& l.* 36. *in pr. de rei vend.*; & præterea Actio furti, imò etiam Condictio furtiua §. *si tamen. Inst. de rer. diuis.* Ad hanc vltimam sufficit, quòd Agens fuerit dominus, & sine facto suo dominium amiserit [d]. Secuta separatione, datur Domino materiæ directa Vendicatio *l. quæ religiosis.* 43. *& l. habitator.* 59. *ff. de rei vend.*; excepto casu, de quo in *l. in rem.* §. *item quæcumque. ff. de rei vendic.*, quando quis Bracchium alienæ statuæ annexuit propriæ; nam quia pars adiecta censetur recepisse spiritum a tota statua, vbi interuenit bona fides datur tantùm Actio in factum; vbi mala, Actio vtilis ad exhibendum, & Actio furti [e].

y *Bachou. ad §. cum in suo solo. sub n.* 3. *Inst. de rer. diuis. Vinn. ibid. sub n.* 1.

z *Bachou. ad d. §. cum in suo solo. sub n.* 7. *&* 8. *Vinn. ibid. n.* 2. *&* 3.

a *Bachou. ad d. §. cum in suo solo. Gothofred. ad l. si quis. de except. rei iud. n.* 49.

b *Bachou. ibid. n.* 2. *Vinn. ibid. sub n.* 3. *vers. nec tamen is qui materia Dominus. Gothofred. loco cit.*

c *Vinn. ad §. si tamen alienam. Inst. de rer. diuis. sub n.* 4. *Bachou. ibid. sub n.*

d *Bachou. ad §. si tamen. sub n.* 6. *Inst. de rer. diuis.*

e *Bachou. ad d. §. si tamen. sub n.* 2. *& Vinn. ibid. n.* 4.

Digitized by Google

XXI. E contra quando propria materia ad fundum adiecta alieno subiecto, comparet. Adijcienti bona fide, si possideat, retentio pro expensis etiam inutilibus (*f. ex diverso. vers. certe h. t. Vinnius. §. 1. ff. de petit. hæredit.*), si non possideat, in rigore nulla datur Actio f, sed tantùm ex æquitate Conditio interit, vt scilicet possessio repetatur, & iterum competat retentio *l. 40. §. 1. de condict. indeb.* g.

XXII. Adijcienti mala fide denegatur omnis Actio *l. Iulianus. 37. ff. de rei vend.*, quia præsumitur donasse *cit. §. ex diverso. & arg. l. 14. de donat. l. cuius per errorem. 53. de reg. iur.* Quòd si probet, se non donasse h, aut possidet; & potest abradere (sine ruina tamen) *d. l. utiles, in fin. ff. de petit. hæredit. & d. l. Iulianus. ff. de rei vend.* modò Dominus Soli non offerat pretium i: aut non possidet; & tantùm soluto ædificio potest materiam vendicare *l. si inferiorem. 21. C. de rei vendic.* Impensas necessarias indistinctè Dominus fundi tenetur præstare etiam ei, qui mala fide adiecit *l. domum. 5. C. de rei vendic.* k.

f *Vinn. ad §. ex diverso. Inst. h. t. n. 4.*

g *Eckolt. ad tit. ff. de rejn. vindic. §. 6. Harpp. ad cit. §. ex diverso. sub n. 47.*

h Huiusmodi probatio sufficienter eruitur ex coniecturis, desumptis ex variis circumstantijs, de quibus apud *Vinn. ad cit. §. ex diverso. num. 2.* & apud *Bachou. eod. sub n. 1.* penes quos exempla.

i *Bachou. ad d. §. ex diverso. vers. fin.*

k *Bachou. §. ex diverso. vers. fin. Inst. eod. Vinn. ibid. sub n. 5. V. ad materiam Altogr. iun. contr. 46. a n. 78.*

§. III.

Modi acquirendi Dominij de Iure Ciuili.

IN genere duo sunt, per Vniuersitatem, & in Particulari. Modi per vniuersitatem hodie redacti sunt ad duos; ad Hæreditatem, & Arrogationem: Modi in particulari hodie sunt tantùm quatuor; Vsucapio, Donatio, Legatum, Fideicommissum particulare. Hic tantùm de Vsucapione, seu Præscriptione, & Donatione.

Præscri-

Præscriptio.

II. OLim Præscriptio in rigore erat tantùm Exceptio, qua intendebatur, Actorem ex lapsu temporis amisisse ius agendi *l. 2. ff. de diuers. temp. præscript. l. 3. & 8. C. de præscript. 30. a. n.*: Vsucapio e contra erat Adiectio dominij, concurrente tempore præfinito a lege *l. 3. ff. de vsurp. & vsucap.* Hodie confunduntur hæc duo nomina, quanuis adhuc aliqui assignent Vsucapionem rebus Mobilibus, Præscriptionem Immobilibus [a]. Praxis promiscuè vtitur nomine Præscriptionis.

III. Fuit hæc inducta non ex naturali Æquitate, sed ex ciuili Ratione ob bonum publicum, & ne dominia diu essent incerta, & lites immortales *l. 1. ff. de vsurp. & vsucap.* Est autem Præscriptio: Adiectio dominij per continuationem possessionis tempore a lege definito *d. l. 3. ff. de vsurp. & vsucap.*

IV. Ex parte Obiecti requiritur ad Præscriptionem, quòd res sint habiles, vt possint præscribi *§. nouissimè. Inst. h. t.* Hinc nequeunt præscribi Res sacræ, sanctæ, religiosæ *§. 1. Inst. & l. 9. & l. 45. ff. h. t. & alibi*; Regalia saltem a Priuatis [b], Iura spiritualia a Laicis *c. causam quæ iuncta Glossa de præscript.*, Res dotales durante matrimonio *l. 3. C. de Iur. dot.*, Res fideicommissariæ antequam purificetur casus fideicommissi [c], Res pupilli durante pupillari ætate *l. 48. in pr. de acquir. rer. dom.* Res Fisci *l. 18. & l. 24. ff. de vsurp. ett. §. 9. Inst. h. t.*, Hæreditas iacens, si præscriptio contra ipsam incipiat *l. 33. §. 1. ff. de vsurp. & vsucap.* [d]: Ratio horum est, quia contra non valentem agere non currit Præscriptio *l. 1. §. vn. C. de ann. excep. l. 1. C. de bon. matern.* Hæc Ratio licet non militet in Minore, ideòque contra ipsum currat Præscriptio; illi tamen contra Præscriptionem datur Restitutio in integrum *tot. tit. C. si aduers. vsucap. l. 7. §. penult. & l. 30. ff. de minor.* [e].

V. Ex parte Præscribentis requiritur primò Possessio pacifica, & continua, non interrupta aut naturaliter *l. 5. ff. de vsucap.*, aut ciuiliter per litis contestationem *l. 1. l. 2. l. 10. C. de præscript. long. temp.* Non interrumpitur autem per mutationem Personæ possidentis;

a Sed male *V. Vinn. ad tit. Inst. de vsucap. n. 2. circa finem & Sutholt. dissert. 6. n. 8.*

b *Sutholt. dissert. 6. ad Instit. n. 13. & Harpp. ad pr. Inst. de vsucap. n. n. [illegible]*

c *Peregrin. de fideic. art. 41. per tot.*

d *Deluc. de Iud. disc. 21. n. 69.*

e Vide tamen ad hoc *Sutholt. cit. dissert. 6. n. 36.*

nam

nam possessio incepta ab Auctore cum bona fide, continuatur a Successore tum vniuersali, tum particulari §. *diutina possessio. Inst. hoc tit.*: neque interrumpitur ob impedimentum belli, vel pestis, vel incursionis hostium, & latronum, vel ob carcerationem, & exilium [f].

VI. Secundò requiritur Bona fides quocumque tempore; quia Mala fides semper impedit Præscriptionem, de Iure canonico *c. fin. de præscript.* [g]. Mala fides Auctoris nocet Successori, & Hæredi, si is velit iuuari a possessione sui auctoris *l. Pomponius. 13. §. 1. de acquir. possess.*; non verò nocet Successori, si is incipiat Præscriptionem a sua possessione, & bona fide; Hæredi adhuc nocet [h].

VII. Tertiò requiritur Titulus, seu iusta Causa possidendi §. *error autem. h. t.*; & debet esse verus, nec sufficit putatiuus, nisi iungatur cum Traditione *l. hominem. 3. ff. pro suo.* Non requiritur tamen Titulus in Præscriptione Immemorabili, vt quę priuilegiata est, & sufficit sibi pro titulo *l. 3. §. ductus. de aqu. quotid. & æstiu.* [i].

VIII. Ex parte temporis requiritur lapsus integri spatij a Lege definiti *l. 3. ff. de vsucap. & vsurp.*; post quem lapsum ita Dominium acquiritur, vt non reuocetur quamuis superueniat mala fides [k].

IX. Præscriptio Annalis cadit in Actionibus prætorijs *l. fin. C. de temp. in integr. rest. l. 35. ff. de oblig. & act.*: in quibus tamen Annus non currit nisi a die scientiæ; & sic est Vtilis ratione initij, & continuus ratione cursus [l].

X. Præscriptio Triennalis cadit in rebus mobilibus *pr. Inst. hoc tit. l. vn. C. de vsuc. transf. autb. quas actiones. C. de sacros Eccl.*: Quadriennalis in rebus donatis a Principe *l. omnes. & l. benè a Zenone. C. de quadriem. præscript.*; & etiam in restitutione in integrum competente Minoribus *l. fin. C. de temp. in integr. restitut.* Quadriennium hoc debet esse continuum *cit. l. fin.*; & vbi Minor impetret veniam ætatis, currit a tempore impetrationis, & non a vigesimo quinto anno *l. 5. C eod.* [m]. Qinquennalis datur in aliquibus delictis; & etiam in pœnis commissis ob fraudatas gabellas, & casus similes *l. 2. C. de vectigal. & commiss.* [n].

f Relati per *Tabor. v. præscriptio. axiom. 3.* Vide tamen *Harpp. §. vlt. de vsucap. n. 11. Deluc. tit. disc. 21. n. 31.*

g De Iure ciuili in initio tantùm desiderabatur *V. Gonzal. Tellez. ad d. c. fin. de præscript. 4 n. 12.*

h *Vinn. ad §. diutina. & §. inter venditorem. Inst. h. t. Eckolt. ad tit. ff. de vsucap. §. 17. & 18.*

i *Harpprecht. Inst. de vsucap. §. error.*

k *Eckolt. loc. mox cit. §. 19. Gonzal. Tellez. ad d. c. fin. de præscript. n. 18.*

l *Eckolt. ad tit. ff. de inter. sub §. 17.*

m *Eckolt. ad tit. ff. de minorib. §. 4.*

n Et sic quinquennio præscribitur Actio, quòd res incidérit in commissum *Rot. part. 19. decis. 168. n. 3. Vid. Eckolt. ad tit. de vsucap. §. 24.*

XI. Præ-

XI. Præscriptio, quæ dicitur Ordinaria, seu longi temporis, in bonis Immobilibus est decem annorum inter Præsentes, & viginti inter Absentes *pr. Inst. h. t. l. vlt. C. de præscript. long. temp* Extraordinaria, seu longissimi temporis, est triginta, vel quadraginta annorum, qua præscribuntur omnes Actiones, & Iura incorporalia *l. 3. & l. 7. C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Quadraginta annorum datur contra bona Ecclesiæ *d. auth. quas actiones. C. de SS. eccl. c. 4. c. 6. & c. 8. de præscript.*

XII. Centenaria datur contra Ecclesiam Romanam *cit. auth. quas actiones. C. de SS. eccl. & c. 12. & seqq. de præscript.* Hæc exigit probationem concludentem, quæ nequit fieri per Testes solos, nisi probetur per Scripturas, etc. o. Immemorabilis est temporis, de cuius initio non constat; & probari potest per Testes quinquaginta annorum completorum hora præambula liti motæ p; qui deponant, se audiuisse Maioribus; & concludant, quòd unquam aliquid in contrarium gestum, visum, audituum fuerit; & præterea probare debent famam publicam q.

XIII. Differt Præscriptio a Consuetudine; quia hæc est species Legis abstrahens a persona particulari r. Differt etiam ab Obseruantia Interpretatiua, quæ habet locum tantùm in casibus ambiguis, nec alligata est tempori determinato. Dixi, Interpretatiua; quia Præscriptiua formaliter est Præscriptio; cuius regulam proinde admittit s; nec minùs, quàm Præscriptio, est stricti Iuris, & contra vtranque semper in dubio iudicatur t.

XIV. Præscriptio Statutaria perimit quidem tempus, ad effectum impediendi Actionem; sed non ad effectum impediendi Probationem in contrarium: est enim mera Præsumptio secutæ solutionis, ex longo tempore u.

XV. Circa Præscriptionem aduertenda est duplex regula; & quòd in facultatiuis non datur; & quòd in Iuribus incorporalibus requiritur scientia, & patientia, quæ stat loco Possessionis x.

o *Deluc. de Iud. disc.* 21. *n.* 49.
p *Merlin. decis.* 532. *n.* 17.
q *Rota* magistraliter *decis.* 445. *part.* 1. *recent. & Sparell. decis.* 69. *per tot. De luc. de disc.* 21. *a n.* 59.
r *Suarez. de Legib. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 1. 2. *Deluc. de Iudic. disc.* 21. *n.* 6.
s *Deluc. cit. disc.* 21. *n.* 7. & 8.
t *Deluc. d. disc.* 21. *n. fin. Tabor. in loc. comm. v. præscriptio axiom.* 22. & 20.
u *Deluc. de oved. & deb. disc.* 129.
x *Eckolt. tit. de vsucap. sub §.* 10. *Tabor. d. v. præscriptis axiom.* 16.
y *Deluc. cit. disc.* 21. *num.* 72. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 261. *Mantic. disq. genial. cap.* 283. *n.* 3.

Donatio.

XVI. QVando incipit a Traditione, eſt Modus acquirendi dominium etiam de Iure gentium; quia talis Traditio eſt iuncta titulo indicanti animum transferendi §. *per traditionem. Inſt. de rer. diuiſ.* [a]: at ſi incipit a Pacto, ſeu Promiſſione [b], iſtud de Iure gentium erat Nudum; at de Iure ciuili exinde eſt veſtitum approbatione Legis *l. ſi quis argentum. 35. §. fin. C. de donat.* Sic producit Actionem perſonalem, ſeu Condictionem ex lege, non ex ipſo actu; non enim propriè eſt Contractus, cum ſit Pactum nudum quò ad ſe, præciſa nempe legis aſſiſtentia: & quòd opponatur veris Contractibus patet ex *l. ſicut emptio. 20. §. 1. & ex l. ſi quis conduxerit. 46. ff. locat. l. eum qui. ff. de donat.* [c].

XVII. Donatio alia Propria, alia Impropria. Propria eſt ſimplex, quia procedit ex ſola liberalitate *l. donatio. 1. ff. de donat.*: & ſolet appellari Inter viuos, ad differentiam Donationis Cauſa mortis *pr. Inſt. & §. 1. & 2. de donat.*

XVIII. Hæc Donatio propria, etiam de rebus non prohibitis alienari, interdicitur Tutoribus, & Curatoribus *l. 22. ff. de admin. & peric. tut.*; Adminiſtratoribus Ciuitatum *arg. l. 38. ff. de pact.*; tum etiam inter Coniuges *l. 1. & l. 3. §. 10. & tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. & vxor.*; & inter Filium, & Patrem *l. 11. C. h. t. & l. 25. in pr. C. de donat. int. vir. & vxor.* In his tamen duobus poſterioribus caſibus confirmatur Iuramento [d], & Donantis morte *l. 32. ff. & l. 1. C. de donat. int. vir. & vx.*; ſi tamen res ante mortem ſit data, non ſi nudè promiſſa *l. 23. ff. de donat. int. vir. & vx.* [e]; & niſi donator retractauerit ante mortem *l. 32. §. 4. ff. de don. int. vir. & vx.* [f]. Poſt mortem ita confirmatur, vt nedum valeat ex die mortis, ſed retrotrahatur ad tempus factæ Donationis *l. donationes. 25. C. de don. int. vir. & vx.*

a *Vinn. ad pr. tit. Inſtit. de donat. & Eckolt. ad tit. ff. de donat. §. 1.*

b Quando incipit a Promiſſione Donans tenetur de euictione *Colvin. de aquir. lib. 1. c. 64. n. 203.* At quòd in rigore indiſtinctè excludatur euictio a Donatione, ob rationem *in l. ad res donatas. ff. de ædil. edict.* ne Donator ſuæ liberalitatis pœnitentiam patiatur *V. Roſa in Pralud. feudal. queſt. 1. n. 13.* vbi tamen *ſub n. 16.* quòd euictio intrat in Donatione ob cauſam. De hoc vltimo *Deluc. de don. diſc. 51 & 58.*

c *Vinn. & Eckolt. locis cit. Sutholt. diſſert. 6. n. 35.*

d *Gail. lib. 2. pract. obſerv. 40.*

e *Sutholt. diſſert. 6. ad Inſt. n. 39.*

f Hæc limitatio ceſſat in donatione iurata, & per clauſulam conſtituti *Rot. par. 14. dec. 283. a n. 2.* quòd importat traditionem factam *Rot. par. 3. dec. 342. n. 1.*

XIX. Si

XIX. Si hæc Donatio excedat quingentos Solidos [g], exigit Insinuationem §. 2. *Inst. & l. 36. §. fin. C. h. t.*; nisi sit facta vel Principi, vel a Principe *l. 34. C. h. t.*; vel ad redimendos captiuos; vel ad refectionem domus, incendio, seu ruina sublatæ *l. 36. C. eod.* Non insinuata, vbi confirmata sit Iuramento, obligat quidem Donatorem ex vi Religionis, at non eius hęredes; quanuis contrarium alij sentiant [h].

XX. Insinuatio est: Actus, quo Donatio manifestatur coram Iudice, vt inseratur Actis publicis [i]. Debet fieri ex interuallo [k]; sed non potest peti post mortem Donatoris, nisi ex consensu eius hęredis [l]; vt neque post ipsius Donatoris pœnitentiam [m], aut post oppositum Insinuationis defectum in Iudicio [n]. Cessat eius necessitas per Renunciationem, & Iuramentum Donantis [o]; vt etiam si facta [illegible] nes Iudicem, vel Acta [p]; si repetita sit actu geminato [q]; si facta Ecclesiæ, vel Causæ piæ [r]. Potest fieri coram Iudice incompetente, cum a plerisque recenseatur inter actus voluntariæ Iurisdictionis *l. 30. C. h. t.*: hinc Donator, si sit Iudex, potest insinuare coram se ipso; quia in actibus voluntarię Iurisdictionis quis potest fungi officio duorum [s]. Ex eius defectu receptior est opinio, quod Donatio non corruat in totum, sed tantùm quò ad excessum summæ permissæ *l. 21. ff. de donat. l. 35. §. sin autem. C. eod.* [t].

XXI. Regulariter hæc Donatio, quanuis non transferat Dominium ante acceptationem, est tamen ante hanc Irreuocabilis *l. 1. h. t. l. vbi ita. de mort. caus. donat. l. 1. C. de reuoc. donat.* [u], præsertim, si accedat Iuramentum, ac Notarij stipulatio; vel sit facta Ecclesię, aut Causę pię [x].

g Solidus in Iure idem est quod Aureus *V. Eckolt. ad tit. ff. de don. §. 10. & 11.*
h *V. Eckolt. ad tit. ff. de don. ad fin. §. 11.*
i *Eckolt. loc. cit. §. 8.*
k *Rot. par. 13. rec. decis. 241. per tot.*
l *Sabell. in summ. §. Insinuatio. n. 11.*
m *Rot. par. 13. cit. decis. 241.*
n *Rot. par. 12. decis. 114. n. 8.*
o *Mace. Mod. decis. 29. per tot.*
p *Ludouis. decis. 391. in fin.*
q *Vrceol. de transact. quæst. 67. num. 8. & 9.* Generaliter Geminatio confirmat actum *Tabor. loc. comm. v. Geminatio. v. Io. Annibal. sup. l. nemo potest. ff. de legat. 1. ex n. 512. in vol. 4. repetent. p. 164.*
r *Dian. coord. tom. 6. tract. 7. resol. 94. & 95. per tot.*
s *Eckolt. de donat. §. 9.*
t *Harpp. ad §. alijs autem. 2. h. t. n. 148. & seq.*
u Non implicat tamen esse Reuocabilem ex voluntate Donantis, & remanere Donationem inter viuos *Deluc. de donat. disc. 63. num. 11.* & latiùs *de regal. disc. 24. num. 4.*
x *Sabell. §. donatio. n. 63. & seqq.*, vbi alij casus, in quibus Donatio adhuc non acceptata non est Reuocabilis.

XXII. Potest tamen reuocari ex pluribus. Primò ex Donatoris Ingratitudine, non solùm ex causis enumeratis in *l. fin. C. de reuoc. donat.*, sed ex maioribus, vel consimilibus y: competit tamen ex his causis Reuocatio soli Donatori, non eius heredibus *per l. fin. C. de reuoc. donat.* z. Secundò ob deminutionem Legitimæ, quando nempe per Donationem defraudentur Legitimarij, quibus hæc competit: tunc Donatio rescinditur per Querelam Inofficiosæ *l. 1. & tot. tit. C. de inoff. don.*; at non in totum, sed quòad Legitimam tantùm *l. 5. & l. 7. in fin. C. de reuoc. donat.* a.

XXIII. Tertiò reuocatur præcipuè ob Superuenientiam Liberorum *per l. si vnquam C. de reuoc. donat.* (Idquo si superuenirent legitimati per subsequens Matrimonium, vel Rescriptum; non tamen adoptiui, & naturales tantùm b) modò Pater donans expressè non renunciauerit dictæ Legi; cum non obstante Patris renunciatione generali, sentiant multi, posse Filios reuocare ex propria persona, vel in totum, vel saltem vsque ad Legitimam c; & vbi Filij non reuocauerint in vita, adhuc reuocatio fieri potest ab eorum heredibus, secundùm aliquos d. Non sufficit Renunciatio generalis omni legum auxilio, ut inducatur Renunciatio *d. l. si vnquam*; quare ex Superuenientia Liberorum potent Pater reuocare e; nec his reuocandi cessabit, etiam si Liberi superuenti decedant ante Patrem, nondum facta hoc Reuocatione f.

XXIV. Inpropria Donatio dicitur, vel ratione Causæ impulsiuæ, quando est Remuneratoria, seu ob merita *l. Aquilius 29. ff. de Donat.*: hæc nequit reuocari, quia est Contractus onerosus; nisi quoad excessum meritorum; nec indiget Insinuatione g. Vel ratione Effectus, qualis est Donatio causa mortis: hæc ante mortem est reuocabilis, tam expressè *l. qui mortis. 30. ff. de mort. caus. donat.*, quam tacitè, scilicet per voluntariam alienationem *l. 22. & l. 23. §. 5. de*

y *V. Eckolt. ad d. tit. ff. de donat. §. 14. vbi Carpz. contrarium tenet, cuiusque sententia dicitur communior.*

z *V. Bachou. ad §. 2. Inst. de donat.*

a *Eckolt. ad tit. de donat. & ibi Add. & §. Bachou. ad §. 2. Inst. de donat.*

b *V. Eckolt. ff. de don. §. 16.*

c *Sabell. in summ. §. renunciatio n. 26. & §. donatio n. 30.* Si facta est Causæ piæ reuocari non in totum, sed pro Legitima defendit *Amaya de caus. pijs lib. 1. c. 3. a n. 30.*

d *Molfes. cons. 1. vol. 1.*

e *Barbos. cpmm. lib. 3. cap. 9. Tuber. loc. com. ad Inst. tit. de exheredat. liber. §. ad §. 1.*

f *V. Addent. ad Eckolt. ff. de donat. §. 16.*

g *V. Sabell. in summ. §. donatio n. 25. vbi DD.*

donat.

donat. inter vir. & uxor, imo reuocatur secuta reconualescentia [h]: at cessat Reuocabilitas, si adiecta sit clausula, ne possit reuocari; quia tunc transit in Donationem inter viuos *d. l. 27. ff. de donat.* [i]. Vel demum ratione Causæ impulsiuæ simul, & Effectus; quando ita donatur, vt vicissim aliquid detur [k]; vt & quando propter Nuptias nomine Mariti sit Vxori intuitu dotis, de quo *in §. est & aliud. Inst. de donat.*

h *Fagnan. in c. cum esses. n. 67. de testam.*

i *V. Deluc. de donat. disc. 63. n. 11. [illegible] V. Rot. [illegible] 130. n. 1. [illegible]*

k *Eckelt. ad tit. ff. de mort. caus. [illegible]*

l *Eckelt. ad tit. ff. de don. [illegible]*

§. V.

Ius in Re in mera Qualitate.

Illud est triplex; Possessio, Hypotheca, Seruitus. Quodlibet ex his dicitur Ius in re in Qualitate, quia Res in substantia remanet in Dominio alterius; sed in ea, non per fictionem Iuris, sed vere alter acquirit Ius, ipsi rei inhærens, moraliter tamen, seu diuiliter, at non physice.

Possessio.

Hæc præcise considerata nihil habet commune cum Dominio, seu Proprietate *naturaliter*. 12. §. 1. *ff. de acquir. poss.* Dicitur Ius non ratione causæ antecedentis, sed ratione effectus consequentis; quia post apprehensionem rei (siue sit iusta, siue iniusta) qui possidet recipit Ius quoddam & a Natura, & a Lege: a Natura, quatenus possidens præsumitur non possidenti *iusta res*. §. 1. *ff. de act. empt.* & a Lege, quia possidens habet assistentiam Legis, & Actiones, per quas Possessionem conseruet *l. 1. §. deijcitur. ff. de vi &c.*: hinc Possessio est quid facti, quia acquiritur per apprehensionem corporalem; at tale factum est qualificatum a Iure ex consequentibus [a].

a *Mancin. disq. genial. c. [illegible] de acquir. & amitt. poss. §. 3.*

III. Quando

III. Quando Possessio habetur sine animo possidendi, dicitur potiùs nuda rei Detentio [b]; quæ autem fit animo possidendi, alia est Propria, nempe Rerum corporalium *l. 3. in pr. ff. de acquir. & amitt. poss.*; alia Impropria, nempè Rerum incorporalium [c]. Propria, alia dicitur Naturalis, vel respectu modi, quo quis rem corporalem animo, & corpore tenet *l. 19 §. 1. ff. eod.*; vel ratione formæ, quando quis rem alienam tenet animo sibi habendi propter Ius in re, quod non sit Dominium *l. naturaliter. 12. in pr. ff. eod.* Alia dicitur Ciuilis, pariter vel ratione modi, quando res tenetur animo, absque corporali detentione *l. 3. §. [illegible] ff. eod. l. licèt. pr. C. eod.*; vel ratione formæ, quando quis tenet rem corporalem animo Domini, & sibi habendi: & Possessio in hoc vltimo sensu sumpta habet maiorem Iuris assistentiam; quia præstat [illegible]ionem vsucapiendi, concurrentibus cœteris requisitis [d].

IV. Porro aliud est Possidere, aliud Esse in possessione *l. si quis. 10. §. 1. ff. [illegible]*: primum habet assistentiam Iuris; secundum est merum factum [e]. Possessio autem alia est Iusta, quę legitimo titulo nititur; [illegible] Iniusta, quę titulo destituitur, licèt & ipsa habeat Iuris assistentiam, donec iniustitia probetur *l. 3. §. 5. h. t. l. 2. & 3. ff. vti [illegible]*.

V. Effectus Possessionis in se consideratis sunt, quòd Possidens releuetur ab onere probandi *l. 14. 15. & 16. de prob. c. ex [illegible]. eod.* nisi Iuris præsumptio ei resistat [f]; quòd non teneatur allegare, nec probare Titulum possessionis *l. [illegible] C. de testib.* nisi agatur de hæreditatis Petitione, quia in hac possidens debet specificè probare, se possidere Titulo hæredis *l. regulariter. [illegible] de hæred. petit. l. 11. C. eod.*; item quòd possit impunè resistere impedientibus Possessionem, [illegible] fiat in continenti *l. quod est. 3. §. 4. ff. de [illegible] & [illegible]*; [illegible] quòd possit vti Remediis, & Interdictis [illegible] adipiscenda, retinenda, & recuperanda Possessione [g].

[b] Tenuta simplex tribuit effectum Administrationis, & Perceptionis fructuum, at non Ius in proprietate [illegible] *Deluc. de fideicom. disc. 13. n. 37.*

[c] *Gothofr. ad l. possideri. ff. de acquir. poss. n. [illegible]. Eckolt. loc. cit. §. 2.*

[d] *Eckolt. loc. cit. §. 3.*

[e] *Eckolt. loc. cit. §. 7.*

[f] *Eckolt. loc. cit. §. 18.*

[g] *Eckolt. loc. cit. [illegible]*

Hypo-

Hypotheca.

VI. HYpotheca, (in hoc sensu conuenit cum Pignore [h]) est: Ius in re, quod pro securitate debiti Creditori constituitur. Constituitur Auctoritate vel publica, vel priuata. Auctoritate publica, duobus modis: vel a Lege, aut sola, & tunc vocatur Hypotheca Legalis, vt in Fisco *l. 1. & 2. C. in quib. caus. pignus, vel hypoth. l. 1. C. de priuil. fisc.* Pupillis *l. penult. C. in quib. caus. &c. l. 29. C. de admin. tut.*, Vxore *l. vn. §. 1. C. de rei vx. act. l. 12. C. qui pot. etc.*, Legatarijs *l. 1. C. comm. de leg. §. 2. Inst. eod.*, & similibus; aut iuncta cum præsumpta Domini voluntate, & dicitur Hypotheca Tacita, vt v. g. in Rebus inuectis in prædium vrbanum, quæ tacitè censentur Hypothecatæ pro pensionibus Locatori *l. 2. & seqq. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. fin. C. eod.*: vel a Magistratu, & dicitur Hypotheca Iudicialis [i].

VII. Auctoritate priuata, aut constituitur vnius tantùm Voluntate, nempe in Testamentis, & Legatis *l. 12. de alim. etc. leg. l. 26. ff. de pign. act.*; aut plurium Voluntate, & dicitur Conuentionalis; quæ si fiat nuda conuentione, dici solet Hypotheca; si accedat rei traditio, Pignus *l. 9. §. 1. de pign. act.*

VIII. Hypotheca autem alia est Specialis, quæ constituitur in rebus particularibus; & in his, si antea non erant in dominio Debitoris, competit Creditori adquirenti hypothecam, Prælatio contra habentes Hypothecam generalem *l. 5. iunct. seq. ff. & l. licèt. 7. C. qui pot. in pign.* [k] Generalis cadit super omnibus Bonis, etiam futuris *l. fin. C. quæ res pign. oblig. & l. fin. ff. qui pot. etc.*; exceptis ijs, quibus opus est ad quotidianum vsum *l. 6. & seqq. ff. de pign. & hypoth.*, & bonis emphyteuticis, & feudalibus *c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. in Vsib. feud. l. 16. § fin. de pign. act.*, & dotalibus *l. vn. C. de rei vx. act. pr. Inst. quib. alien. etc.*

h In quibus disconueniat *V. Eckolt. ad tit. ff. de pignor. & hypoth. §. 1. & de pignor. act.*

i *Eckolt. ad d. tit. de pignor. & hypoth. §. 2.*

k *Deluc. de Cred. disc. 35. n. 6.*

Seruitus.

IX. Est Ius in re aliena constitutum ad vsum, [illegible] vtilitatem alterius, vel prædii, vel personæ *l. quotiens. 15. ff. de seruit.*

Denominatur Seruitus a Dominante [illegible]: & sic duplex est; alia Personalis, quando instituta est in re aliena ad vtilitatem Personæ; alia Realis, quando instituta est ad vtilitatem Prædij *l. 11. de seruit. l. 20. §. vlt. de seruit. præd. rust. l. [illegible] de vsufr.*

X. Realis, a Prædio dominante diuiditur in Rusticam, & Vrbanam. Prædium dicitur Rusticum non ex loco, sed ex vsu; sicut etiam Vrbanum; hinc Prædia, etiam intra Mœnia, si sint ad culturam destinata, dicuntur Rustica; e contra dicuntur Vrbana, si vrbano vsui destinata sunt, licet ruri extructa *l. fundi. 211. de verb. signific. l. vrbana prædia. 198. eod.* Ad Seruitutes prædiales requiritur talis Vicinitas, vt non impediatur vtilitas Prædij dominantis; vt ad Vrbanis est *textus in l. si ædes. 38. cum seq. de seru. præd. vrb.*, vt Rusticis *in l. ergo. 5. de seru. præd. rust.*

XI. Species Seruitutum Rusticarum sunt; prima Iter, seu Ius eundi, ambulandi hominis per fundum alienum *pr. Inst. de seruit. l. 1. ff. de seru. rust. præd.*; & habens hanc Seruitutem, non solùm potest in pedes, sed vehi equo, lectica, aut sella *l. 7. & l. 12. ff. eod.* Secunda Actus, seu Ius agendi jumentum, vel vehiculum *d. pr. d. l. 8. & l. 7. eod.* Tertia Via, seu Ius eundi, agendi, ambulandi, & etiam hastam rectam ferendi *iurib. cit.* Via continet in se Iter, & Actum de sui natura; Actus continet Iter ex vi consequentiæ *iurib. cit.* Si aliqua ex his tribus Seruitutibus constituta sit sine certa determinatione Partis, electio est eius, cui constituta est *l. si cui. 9. ff. de seruit.* Quarta est Aquæductus, seu Ius aquam ducendi per fundum alienum *d. pr. Inst. de seruit. d. l. 1. de seruit. rust. præd.* (intellige de Aqua perpetua *l. ait Prætor. 1. §. 1. ff. de aqua quotid. & æstiu.*) Quinta Aquæ haustus, seu Ius hauriendi aquam ex flumine, fonte, puteoue priuato *d. l. 1. §. 1. de seruit. rust. præd. Inst. de seruit. §. 1.*: nam ex flumine publico licet haurire sine Seruitute [o]. Qui habet hanc Seruitutem, & videtur habere Iter ad hauriendum *l. item 3. §.*

l Constituitur Seruitus non solùm ab Homine, sed a Natura *V. Cyriac. contr. 688. a n. 40.*

m *Vinn. ad tit. Inst. de seruit.*

n *Vinn. loc. mox cit.*

o *Eckolt. ad tit. ff. de seruit. rust. præd.*

qui

qui habet. 3. ff. eod. Sexta Appulſus pecoris ad aquam alterius; vt ex ea bibat. Septima Ius paſcendi in fundo vicini. Octaua Ius calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, etc. *d. l. 1. §. 1. ff. de ſeruit. præd. ruſtic. & d. §. 1. Inſt. de ſeruit.* Dictæ ſpecies ſtant ratione exempli p.

XII. Vrbanarum Seruitutum quædam conſtitutæ ſunt ad Ædes Vicini dilatandas; v. g. Seruitus Tigni immittendi, Oneris ferendi, Proijciendi, Protegendi *d. §. 1. Inſt. de ſeruit. l. vrbanorum. 2. ff. de ſeruit. præd. vrban.*: quædam ad commoditatem interiorem Ædium; v. g. Seruitus Altiùs non tollendi, Ne luminibus, & Ne proſpectui officiatur *d. l. 2. & l. 15. & l. 17. in pr. ff. eod.*: quædam denique ad exonerandas Ædes; v. g. Ius Cloacæ, vel Fumi immittendi, Fluminis, vel Stillicidij auertendi in alienam aream *l. 1. §. 2. de cloac. l. vrbanorum. 2. ff. de ſeruit. præd. vrb.* q.

XIII. Commune eſt tam Vrbanis, quàm Ruſticis, primò, vt Dominus prædij ſeruientis patiatur, non autem vt aliquid faciat *l. quotiens. 15. §. 1. ff. de ſeruit.*; excepta Seruitute Oneris ferendi, quam quis debet, tenetur reficere parietem *l. cum. 33. ff. de ſeruit. præd. vrb. l. 6. §. 2. ff. ſi ſeruit. vend.*: ſecundò, vt conceſſa Seruitute, intelligantur conceſſa ea, ſine quibus Seruitutis vſus eſſe nequit *l. refectionis. 11. ff. commun. præd. etc.*; tertiò, vt eaſdem Actiones pariant *tot. tit. ſi ſeruit. vend.*: quartò, vt Fundum ſequatur, ad quemcumque ille tranſeat *l. cum fundus. 12. ff. comm. præd. etc.* Hæc omnia tamen alterari poſſunt Pactis r.

XIV. Seruitutis Perſonalis tres præcipuæ ſpecies exemplificantur. Prima eſt Vſusfructus, qui eſt: Ius vtendi, fruendi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia *Inſt. de vſufr. in pr.* Hic Vſusfructus, quatenus eſt Seruitus, dicitur Formalis; ad differentiam Vſusfructus Cauſalis, qui eſt: Ius vtendi, fruendi re propria; & ſic Iure dominij, non ſeruitutis, cum res propria nemini ſeruiat *l. in re communi. 26. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 5. ff. ſi vſusfr. pet.*

XV. Vſusfructus Formalis alius eſt Verus, alius Quaſi-vſusfructus: ille eſt in rebus, quarum ſalua eſt ſubſtantia *pr. Inſt. de vſufr. l. 1. de vſufr. & quemad. quis vt, etc.*; hic eſt in rebus, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur *§. 2. Inſt. de vſufr. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſ. conſ.*; & in hoc Cautio fideiuſſoria ſuccedit loco ſubſtantiæ rei *d. §. 2. & l. 2. & 4. ff. eod.* Item Vſusfructus Formalis alius eſt

p *Vinn. ad pr. tit. Inſt. de ſeruit.*

q *V. Vinn. ad §. 1. Inſt. eod.* vbi multa ſubtiliter de ſingulis Seruitutibus antedictis diſputat.

r *Eckolt. ad tit. ff. de Seruit. §. 7.*

Necessarius, alius Voluntarius s: Necessarius est, qui constituitur a Lege; ve in vsufructu concesso patri in Aduentitijs filij §. 1. *Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 6. in pr. C. de bon. quæ liber.*; vt & qui conceditur matri, transeunti ad secundas nuptias, in bonis, quę consecuta est a priori marito ex causa liberalitatis, & a successione Liberorum *l. 3. & tuib. in donatione. C. de secund. nupt.*: Voluntarius est vel Testamentarius, qui relinquitur per Legatum *l. omnium. 3. ff. de vsufr. & quemad. etc.*; vel Conuentionalis, qui constituitur per Conuentiones *cit. l. omnium. & §. fin. Inst. de seruit. præd.*

XVI. Vsusfructus, cum sit Ius merè personale, extinguitur cum ipsa persona; vel per huius mortem *l. sicut. 3. §. morte. ff. quibus mod. vsufr. amitt. §. 3. Inst. de vsufr.*; vel per renunciationem, & cessionem factam ipsi Proprietario *d. §. 3. Inst. de vsufr.*, in quo casu dicitur Vsusfructus consolidari cum Proprietate, & ex Formali fit Causalis *d. §. 3. Inst. de vsufr. l. 27. ff. quib. mod. vsufr. amitt.* t.

XVII. Secunda Seruitus Personalis est Vsus, qui est: Ius vtendi rebus alienis, ad vsum, & necessitatem quotidianam. Ex quo patet, quòd in multis differt ab Vsufructu, qui omnia emolumenta continet; cum Vsus restringatur ad victum *pr. Inst. de vs. & habit.* Vsus nequit constitui pro parte *l. vsus. 198. ff. de vs. & habit.*; non retinet Ius accrescendi u; nequit alteri locari, aut vendi, aut gratis concedi *Inst. de vsufr. §. 1.*: cum Vsusfructus sit Diuiduus *l. vsusfructus. 5. ff. de vsufr. d. l. vsus. 19. de vs. & habit.*; accrescat Coniuncto *li 1. & tot. tit. ff. de vsufr. acc.*; & possit alteri concedi *l. cui vsusfructus. 67. ff. de vsufr. etc. d. §. 1. Inst. de vsufr.* quoad Commoditatem, hoc est prout est Factum, quamuis nequeat alteri concedi prout est Ius x.

XVIII. Tertia Species Seruitutis Personalis est Habitatio, quę est: Ius alienas ædes inhabitandi. Respectu Materiæ, est strictior Vsu; respectu Iuris, latior: nam participat de Vsufructu, cum & Habitatio possit locari *§. sed si cui. 5. ff. de vs. & habit. l. cum antiquitas. C. de vsufr.*; licèt nequeat vendi, vel donari *l. si habitatio. 10. ff. de vs. & habit.*

XIX. In singulis his tribus Seruitutibus præstanda est Cautio de vtendo arbitrio boni viri, & de restituendo quidquid finita Seruitute extabit *l. si cuius. 1. in pr. & §. 6. l. huic stipulationi. 5. ff. vsufructuar. quemad. cau.* At finito Vsufructu, fructus pendentes pertinent ad

s *Add. ad Eckolt. tit. de vsufr. & quemad. §. 3.*

t Alios Modos amittendi Vsumfructum recenset, & explicat *Eckolt. & eius Add. ad tit. ff. quib. mod. vsufr. amitt. & Vinn. ad d. §. finitur. Inst. de vsufr.*

u *Belloni de Iur. accresc. cap. 10. quæst. 11. n. 2.*

x *V. Vinn. ad §. 1. Inst. de vs. & habit. n. 5.*

Proprie-

Proprietarium §. *is verò*. 36. *Inſt. de rer. diuiſ.*; percepti, ſi ſint Naturales, ad hæredes Vſufructuarij *l. ſi fructuarius meſſem*. 13. *ff. quib. mod. vſusfr. amitt.*; ſi ſint Ciuiles, diuiduntur pro rata temporis inter Proprietarium, & hæredes Vſufructuarij, cum debeantur ſingulis momentis, licèt ſolutio referatur ad certum tempus, commoditatis gratia *l. ſed et ſi*. 25. §. 1. *l. ſi operas*. 26. *l. defuncta*. 58. *ff. de vſufr. & quemad. etc.* y.

y *Eckolt. & Add. tit. quib. mod. vſusfr. amitt.*

§. V.

Quidam Domini nequeunt; quidam

Non Domini queunt alienare.

I. Licèt præcipuus Effectus Dominij ſit Poteſtas alienandi, cum tamen Lex, & Princeps habeant Dominium vniuerſale *l. deprecatio*. 9. *ff. ad l. Rhod. de iact.*, poſſunt diſponere de bonis Subditorum, illiſque coarctare arbitrium, in ordine ad communem vtilitatem.

II. Sic aliqui Domini interdicuntur alienare *pr. Inſt. quib. alien. lic.*, inter quos Maritus, qui auctoritate Legis eſt verus Dominus [a] rei dotalis (durante tamen tantùm Matrimonio *l.* 13. §. 2. *de fund. dotal. l.* 7. §. *ſi res. ff. de iur. dot. l.* 23. *C. eod.*) quò ad omnes effectus, præterquàm Poteſtatis alienandi *l.* 4. *ff. de fund. dotal. l. vn.* §. 15. *C. de rei vxor. act.*; quam exercere non poteſt in Immobilibus, licèt in Mobilibus [b]. Pariter Pupilli, & Minores ſunt veri Domini: at ob iudicij, & ætatis infirmitatem, prohibentur abſque Auctoritate Tutoris, vel Curatoris, & Decreto Iudicis §. *nunc admonendi. Inſt. quib. alien. lic. etc. l.* 1. *& tot. tit. de reb. eor. qui ſub tutel. & tit. C. de præd. & al. reb. min. ſine decr. etc.*

III. Contra, aliqui non Domini permittuntur alienare *cit. princ. Inſt. quib. alien. licet*. Sic Creditor habens Pignus ex conuentione, poteſt illud alienare poſt elapſum biennium a denunciatione ſemel facta Debitori *l. vlt. C. de iur. domin. impetr.* [c].

a Quomodo Maritus ſit Dominus Dotis, latè *Gonzalez. Tellez. ad c. cum contingat de Iureiur. n.* 13. *Vinn. ad pr. tit. Inſt. quib. alien. lic.*

b *Manz. Inſt. quib. alien. lic. ad princ. n.* 10. *& Vinn. vbi loc. n.* 1.

c *Vinn. ad §. contra autem. Inſt quib. alien. lic.* vbi, quòd ſi de diſtrahendo Pignore conuentum ſit, biennium non expectatur.

§. VI.

Aliqui non acquirunt Dominium Sibi, sed Alijs.

I. INter hos primò sunt Serui, qui indistinctè acquirunt Dominis suis, etiam ignorantibus, & inuitis *l. etiam inuitis. 32. ff. de acquir. rer. dom. l. quemadmodum. 46. de iur. dot.*; præter Possessionem, quæ, extra causam Peculij [a], acquiritur Domino tantùm scienti *l. peregrè. 44. §. 1. ff. de acquir. poss.*; & præter Hæreditatem, quam Seruus nequit adire inuisso Domini *l. si quis mihi. 25. §. iussum. ff. de acquir. hæred.* Fideicommissum tamen petere potest Seruus, etiam Domino ignorante, modò superueniat Domini ratihabitio *l. seruos. 65. ff. ad trebell.*

II. Secundò, Filiisfamilias acquirunt ijs, in quorum sunt potestate, sed iuxta distinctionem Peculiorum *Inst. per quas person. cuiq. acquir. in pri. & §. igitur. 1.* Est Peculium: Pusillum, seu Quasi patrimonium Serui, vel Filij, separatum a rationibus Domini, vel Patris familias [b]. Dicitur Quasi patrimonium, quia propriè nec Filiusfamilias habet Patrimonium, nec Paterfamilias Peculium *l. paterfamilias. 182. ff. de verb. signif.*

III. Peculium, aliud est Seruorum, quod non subdistinguitur, & cessat extincta Seruitute [c]; aliud est Filiorumfamilias. Hoc vel est Paganicum, vel Militare *l. fin. C. de inoff. testam.*: Paganicum vel est Profectitium, vel Aduentitium.

IV. Militare aliud est simpliciter Castrense, quod Filiusfamilias ex militia; vel occasione militiæ armatæ acquisiuit *l. 11. ff. de castr. pecul. l. 1. C. eod.*; aliud est Quasi castrense, quod Filiusfamilias ex Militia togata, vel ex Artibus liberalibus *l. 4. C. de aduoc. diuers. iud. l. 7. C. de assessor.*, & etiam ex Clericatu *l. 34. C. de episcop. & cler.* acquisiuit. Vtrumque pleno Iure spectat ad Filium, quamuis duret sub patria Potestate; ita vt nedum inter viuos, sed & per testamentum de ijs plenè, & liberè possit disponere *l. 2. ff. ad S. C. Maced.* [d].

[a] *Vinn. ad §. item vobis. 3. Inst. per quas pers. cuiq. acquir.* vbi quòd ratio discriminis inter causam peculiarem, & non peculiarem est; quia Possessio non acquiritur nisi animo Acquirentis; Animus autem in peculiaribus arguitur ex præcedenti concessione Peculij: quod non ita est in ceteris.

[b] *Eckolt. ad tit. ff. de pecul. §. 1.*

[c] *Eckolt. loc. cit. §. 2.* [d] *Late Eckolt. ad tit. ff. de castrens. pec.*

V. Pro-

Digitized by Google

V. Profectitium est, quod Filius acquirit non solùm ex re, sed & contemplatione Patris: id pleno iure spectat ad Patrem §. 1. *Inst. per quas pers. cuiq. acquir.* Duo Commoda ex eo resultant Filiofamilias; primum, quòd confiscatis bonis paternis, Peculium seruetur Filio *l. 3. §. sed vtrum. 4. in fin. ff. de minor.*; secundum, quòd, Emancipato Filiofamilias viuo Patre, Peculium, nisi expresè adimatur, censeatur illi donatum *l. donationes. 31. §. 2. ff. de donat.* Hoc Peculium semper obligatum manet ære alieno, etiam mortuo Patre *l. frater a fratre. 38. ff de condict. indeb.* e.

VI. Aduentitium aliunde acquirit Filiusfamilias, quàm ex re, vel contemplatione Patris *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. §. 1. Inst. per quas pers. cuiq. acquir.* Hoc vel est Regulare, vel Irregulare: primum, quò ad proprietatem cedit Filio, quò ad vsumfructum Patri *iuncta. mox cit.*; secundum est, quod pleno iure Filiofamilias acquiritur. Casus, quibus Pater non acquirit Vsumfructum in Aduentitijs Filij, sed ad hunc spectat integrum Ius, enumerantur decem a *Gl. in Auth. idem est. C. de bon. quæ lib.*; & inter eos accenseri debent etiam Aduentitia acquisita post Clericatum f.

VII. Tam in Regulari, quàm in Irregulari, hodie Filiusfamilias habet heredes ab intestato *l. fin. C. comm. de success. l. 3. & 4. C. de bon. quæ liber.*: quare, mortuo Filio, Pater non occupat eiusdem Aduentitia Iure peculij, vt olim; sed Iure hæreditatis *Nouell. 118. cap. 2.*

VIII. Quanuis autem Filius de Aduentitio regulari, Patre inuito, nequeat, eo viuente, nec disponere inter viuos, nec testari *l. fin. §. 1. vers. filius autem. C. de bon. quæ lib. pr. Inst. quibus non est perm. fac. test.*; potest tamen de Irregulari g disponere inter viuos *Nouell. 117. c. 1. §. 1.*, at non testari; quia Factio testamenti non permittitur Constituto in aliena potestate, nisi respectu Castrensis h. Verius tamen est, quòd nedum de Aduentitijs, sed etiam de Profectitio potest, consentiente Patre, Filiusfamilias testari ad Causas pias i.

IX. Per Personam extra nostram potestatem regulariter non acquirimus Dominium, nisi per Possessionem nostro nomine captam.

e *Suthelz. differt. 6. ad Inst. n. 16. & Bachou. Inst. per quas pers. cuiq. adquir. §. igitur liberi. n. 3.*

f *Pagnum. ad c. indecorum. de cens. & qualit. etc. & V. plenius Deluc. de feruit. disc. 62. ferè per tot.*

g At quòd indistinctè requiratur consensus Patris specialis, *V. Sabell. in summ. §. filiatio. num. 52. vers. filiifamilias*: quia Consensus non requiritur ratione interesse, sed pro integranda Filij Persona.

h *Harpp. ad pr. tit. Inst. quib. non est perm. fac. testa.*

i *Mynsing. Inst. quib. non est perm. fac. testam. n. 24. vers.*

l. possessa.

l. possessio. 49. §. vlt. l. 41. §. 1. ff. de acquir. poss.: quare quæ ciuiliter acquiruntur sine corporali Apprehensione, vt Legata, & Obligationes, non acquiruntur per Procuratorem *l. ea quæ. 53. ff. de acquir. rer. dom.* k

k *V. tamen Sutbolt. differt. 6. n. 63. & Vinn. ad §. si quis alij. 4. Inst. de inutil. stipul.*

§. VII.

Ius in re Hæreditarium, ex Successione ex Testamento.

I. IVs Hæreditarium resultat ex Aditione Hæreditatis *§. pen. Inst. de reb. corp. l. 1. §. 1. ff. de rer. diuis.* Hæreditas est: Successio in vniuersum Ius, quod Defunctus habuit *l. nihil est aliud. 24. ff. de verb. signif. l. 62. ff. de reg. iur.* Non sumitur pro ipsis Rebus hereditarijs, sed pro solo Iure succedendi; quod consideratur vt quid Incorporale; & habet intellectum Iuris sine corpore *l. hæreditas. 50. in pr. ff. de petit. hæred.* Ex hoc Iure, vbi ad effectum deducatur, oritur tanquam effectus Ius in re hæreditarium; & ex hoc profluit Actio realis vniuersalis, quæ dicitur Petitio hæreditatis *tot. tit. ff. & Cod. de petit. hæred.*

II. Sicut Ius hærditarium immediatè oritur ex Aditione a, ita habet pro Causa remota Successionem, vel ex testamento, vel ab intestato *l. 1. & duab. seqq. de hæred. petit. §. fin. Inst. per quas pers. cuiq. acquir.* Id verum est de Iure hæreditario Ordinario; nam datur Extraordinarium, quod habet pro Causa remota Pacta successoria; & tunc dicitur Ius hæreditarium Conuentionale b.

III. Vt percipiantur fundamenta Iuris hæreditarij Ordinarij, sciendum est, quòd Successio alia dicitur Testamentaria, quæ pendet a dispositione Hominis, in testamento ritè confecto; alia dicitur Legitima, quæ pendet a dispositione solius Legis *l. lege obuenire. 130. ff. de verb. signif. l. 77. ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. 1. & seqq. de petit. hæred.* Successio ex Testamento præfertur Successioni Legitimæ, seu ab intestato; quia in prima concurrit Lex, & Homo, in secunda Lex sola *l. in plurium. 70. l. quandiu. 39. ff. de acquir. vel amitt. hæred.*

a *Vinn. ad Inst. tit. de reb. corp. & incorp. n. 4.*

b *Add. ad Eckolt. de hæred. petit. §. 2. vers. tertia species.* de quo *V. latè Harpp. ad tit. de hæred. quæ ab intest. a n. 9. ad 90.*

Successio

Successio ex Testamento.

IV. TEstandi Facultas dicitur de Iure gentium fundamentaliter, quatenus fluit ex Dominio, ut dicitur de Iure civili respectu Modi, & Formae: semper tamen provenit a Iure positivo, quod indulget dispositionem de bonis, pro tempore, quo Disponens non est amplius Dominus; ac proinde Ius positivum, seu Princeps, commutare potest vltimas Voluntates, illisque derogare d.

Testamenti Diuisio.

V. TEstamentum, secundùm etymologiam, deriuatur a Testatione Mentis *pr. in. Inst. de test. ordin.*: quò ad rem, definitur *in l. 1. ff. qui test. fac. poss.* Iusta voluntatis nostra sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Fit hodie vel publica Fide, hoc est coram Principe, vel apud Acta *l. 29. C. de testam. l. 31. C. de donat.*, & tunc nec Testes, nec alias Solemnitates requirit: vel sit privata Fide; & hoc aliud est Solemne, aliud minùs Solemne.

VI. Solemne subdividitur in Scriptum, & Nuncupatiuum. Forma Solemnis Scripti praescribitur *in l. hac consultissima 21. C. de testam.*; nempe, quòd Testator vel manu propria scribat, vel alij dictet; quod Scripturam offerat signandam, & subscribendam septem Testibus idoneis, rogatis, & praesentibus, eamque ipse coram ipsis Testibus propria manu subscribat, in casu, quo Testamentum est dictatum, & non scriptum a se; quòd Testes omnes, vno, eodemque tempore, nullo intercedente actu extraneo, subscribant, & praeterea subsignent sigillo seu proprio, seu alieno, faciendo in hoc vltimo casu mentionem, quòd sigillum fuerit alienum.

VII. Nuncupatiuum, aliud est Explicitum, aliud Implicitum. Explicitum est, quando Testator viua voce, coram Testibus specialiter rogatis, ac idoneis, vno actu declarat suam Voluntatem circa Haeredem *§. fin. Inst. de testam. ord. l. hac consultissima. 2. C. & l. haeredes.*

c *Harpp. ad pr. tit. Inst. de testam. ord. ex n. 62. Vinn. eod. loc. ex n. 3. Addend. Eckolt. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. etc. §. 11.*

d *Deluc. de testam. disc. 12. ex n. 12.*

e *Eckolt. ad tit. ff. qui testam. fac. etc. §. 2. & seqq. Sutholt. dissert. 7. §. 12.*

f Late de his omnibus requisitis. *Sutholt. d. dissert. 7. n. 15. & quinq. seqq. Vinn. ad §. 3. & 4. & 5. Inst. de testam. ordinand.* penes quos textus

palam. ff. qui testam. fac. etc. Implicitum est, quando Testator coram septem Testibus declarat suam Voluntatem circa Hæredem, non expresse, sed per relationem ad Schedulam. Hoc vltimum vt valeat, multa requiruntur, quæ videri possunt apud DD. g.

VIII. In quocumque ex prædictis Testamentis, non ad simplicem Probationem, sed ad essentialem Solemnitatem h spectat Interuentus septem Testium. Isti debent esse specialiter Rogati *l. hæredes palam. 21. §. in testamentis. ff. qui testam. fac. etc.*, & non solùm exaudire, sed præsentem videre Testatorem *iurib. cit. & l. 9. C. de testam.*; & insuper eum intelligere, quando Testamentum est Nuncupatiuum.

IX. Multi prohibentur esse Testes in Testamento. Alij prohibentur a Natura, tum ob animi morbum, vt Furiosi, Prodigi; tum ob infirmitatem aut ætatis, vt Impuberes; aut sensus, vt Surdi, Cæci, Muti, de quibus *in §. 6. Inst. de testam. ord. & in l. 20. qui testam. fac. etc.* Alij prohibentur a Lege, vt Serui, & Fœminæ, Damnati ob delictum *d. §. 6. & l. 20. ff. qui testam. etc. & l. 18. ff. de testib.* Habentes interesse principale in ipso Testamento *l. nullius. 10. C. de testib. & §. 10. Inst. de testam. ord.* Ex hoc vltimo capite prohibentur esse Testes, qui sunt in potestate Testatoris, vel Testatorem habent in potestate, vel cum ipso sunt sub eadem patria potestate *§. 9. Inst. de testam. ord.* Neque Hæres institutus potest esse Testis in eo Testamento, in quo instituitur *§. 10. Inst. eod.* Possunt esse Testes Legatarij, vt & Fideicommissarij *§. 11. Inst. eod.*: quod est verum non solùm si agatur de causa Hæreditatis, sed & ipsius Legati, & Fideicommissi, cum hæc non sit principalis i.

X. Minùs solemne Testamentum est, quod valet, & subsistit absque Solemnitatibus Iuris. Tale est primò Testamentum Parentum inter Liberos *l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. C. de testam. & Nouell. 107.* Dixi, Parentum; quia eius Priuilegium competit nedum Patri, sed Matri, Auo, & Auiæ, & alijs Ascendentibus, non solùm naturalibus, & legitimis, sed etiam adoptiuis, in quorum potestate sunt Liberi adoptati k: vt tamen hoc Testamentum subsistat, requiritur, quòd instituantur soli Liberi; quòd Pater Nomina Liberorum, Quotas Hereditatis, Tempus testamenti propria manu declaret *d. l. 21. §. 1. iuncta Auth. quod sine. C. de testam.*; vt saltem duo Testes adhibeantur l.

g *v. Altograd. iun. cons. 50. Ottoban. decis. 181. Eckolt. loc. cit. §. 11.*
h *Sutholt. dissert. 7. n. 33.*
i *Sutholt. d. dissert. 7. n. 40.*
k *Eckolt. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. §. 12. 13. 14. & 19.*
l *Eckolt. vbi supra §. 16. in fin.*

XI. Si

XI. Secundò Testamentum ad pias Causas, in quo sufficiunt duo, vel tres Testes *c. 2. de testam.*: imò in Testamento ad pias Causas, iuxta aliquos, non est necessaria ad valorem Institutio hæredis [m]. Tertiò Testamentum Rusticorum, in quo sufficiunt quinque Testes, si plures haberi nequeant *l. fin. C. de testam.* Pandem Testamentum Militare, de quo *titul. Inst. ff. & C. de testam. milit.* Accensetur prædictis Testamentum tempore pestis conditum [n]. Prædicta tamen Testamenta subsistunt, si sint imperfecta ratione solemnitatum, at non non si ratione voluntatis.

XII. Possunt Testari quicumque expressè non prohibentur *arg. l. 43. §. 1. ff. de procur.* Prohibentur ob Statum Serui *l. 16. l. 19. & l. 20. ff. qui testam. etc.*; de suo statu dubitantes *l. 14. & seqq. ff. eodem*; Obsides, nisi eis permittatur *l. obsides. 11. ff. qui testam. fac. poss.* Damnati Capitis [o]. Filij familias; qui neque permittente Patre, possunt testari, præterquam de bonis castrensibus, & quasi *pr. Inst. quibus non est perm. etc. l. qui in potestate. 6. ff. qui testam. etc.*; non verò de aduentitijs, quanuis in ijs plenum habeant dominium. *Auth. excipitur. C. de bon. quæ liber.*: adeòut emancipari non possint ad particularem effectum faciendi testamentum, itaut quò ad cætera maneant in potestate [p]. De consensu tamen Patris possunt testari ad pias Causas [q]. Clericus Filiusfamilias indistinctè potest testamentum condere [r]. Monachus regulariter nequit testari *Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.*: id fallit tamen, quando habet Liberos, & ingreditur Monasterium; de quo in *Auth. si qua mulier. C. eod.*

XIII. Ob defectum Iudicij nequeunt testari Impuberes *§. 1. Inst. quib. non est perm. fac. testam. l. 5. ff. qui test. fac. poss.*, Furiosi *d. §. 1. & l. 40. ff. eod.*, Prodigi post interdictionem bonorum *§. 2. Inst. eod.*

m *Amostaz. de cans. pijs lib. 1. cap. 6. n. 37. V. Delut. de testam. disc. 16. n. 4. Fagnan. in c. nimis prana. de excess. pral. n. 29.*

n *Eybelt. ad tit. ff. qui test. fac. poss. §. 19. V. Gothofred. in not. ad l. casus. 21. C. de testam.*

o *V. Ant. Matth. de crim. tit. de pæn. c. 2. n. 5.* vbi quòd non valet consequentia a potentia habendi hæredes legitimos ad potentiam testandi; nam & in Aduentitijs hodie Filiusfamilias habet hæredem legitimum, at non testamentarium *Novell. 118. c. 1. 2. 3. l. pen. C. qui testam. fac. poss.*

p *Rot. par. 18. recent. decis. 746. per tot.*

q *V. Sabell. §. filiatio sub n. 61. Gratian. discept. 895.* vbi alia circa Testamentum filiisfamilias.

r *V. Rot. par. 18. decis. 10. n. 2. Andreol. contr. 326. ex n. 2. Oinot. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. §. fin. n. 9.*
Quòd de rigore Clericis filijsfamilias competat facultas testandi solùm in quasi castrensibus *Delbec. de testam. disc. 24.*

l. 18. §. 1. ff. qui testam. &c., Mentecapti, quà tales *tit. §. 1. & tit. l. 40.* Ob vitium Corporis, Surdus, & Mutus a natura; nam si ex accidenti, potest, si sciat scribere, vel impetret facultatem a Principe §. 3. *Inst. eod. & l. 10. C. qui test. fac. poss.* Cæcus potest, si adhibeatur octavus Testis §. 4. *Inst. eod. & l. 8. C. qui testam. fac. etc.*

Forma Testamenti.

XIV. INtrinseca consistit in hæredis Institutione §. *ante hæredis. Inst. de leg.*: Extrinseca pendet ex Solemnitatibus præscriptis a Lege [a]. Cum hæ Formæ sint propriæ solius Testamenti, sequitur, quòd, attento Iuris rigore, Contractus nequeant fieri in Testamento: confert *l. verba. 20. ff. de verb. signif.*: idque præsertim, quia actus testandi debet fieri vnico contextu, ideft non interrumpo actu, ad testamentum non pertinente *l. hæredes palam. 21. §. fin. ff. de testam.* Receptum est nihilominus, vt Contractus non vitient Testamentum, qui citò expediri possunt, si substantialia contractus concurrant [b].

XV. Institutio Hæredis alia est Necessaria, vt Liberorum, & Parentum *Inst. de exhæred. liber. in pr.*; alia Voluntaria, seu Extraneorum *Inst. de hæred. inst. in pr.* Hinc Hæredes alij dicuntur Sui [c], & necessarij; hi sunt Liberi immediatè subiecti potestati [d]: alij Necessarij tantùm, vt Serui: alij Extranei, nempe cæteri; de quibus omnibus *Inst. de hæred. qualit. & differ.*

XVI. Serui non dicuntur Necessarij, quia necessariò sint instituendi; sed quia cum ex Institutione acquirant Libertatem, habent necessitatem adeundi *l. 6. §. vlt. de hæred. inst. l. necessarijs. 57. in fin. ff. de acquir. hæred.* [e]: quę tamen Necessitas cessat, vbi post testamentum, seu Institutionem, manumitteretur ante mortem Testatoris Seruus institutus *l. si seruo. 84. ff. de hæred. inst.*

XVII. Discrimen est inter Suos, & Extraneos: Sui ipso jure acquirunt hæreditatem; imò Dominium dicitur potiùs in eos continuari,

[a] *Eckolt. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. §. 26.*

[b] *V. Sabell. in summ. §. contractus: n. 12. Eckolt. ad tit. qui testam. fac. poss. §. 26.* vbi quod ita in praxi seruatur.

[c] Quòd duret Suitas in pluribus casibus, licèt cesset Potestas *V. Mart. Salomon. super §. si eius qui ex l. Gallus. ff. de lib. & posth. n. 14. tit. vol. 3. reper.*

[d] Aliud est esse Hæredem necessarium, & aliud esse necessariò *V. Marend. contr. lib. 7. cap. 20.*

[e] Vide *Vinn. ad tit. Inst. de hæred. qual. & differ. §. 1.*

quàm

quàm de nouo acquiri. § 2. *Inst. de hæred. qual. & differ. l. in suis.* 11. *de liber. & posthum.*; nec dicuntur Adire, sed se Immiscere hæredicati *l.* 3. § 2. *l.* 7. § 5. *de minor. l.* 8. & 10. *C. de iur. delib.* Cum tamen receperint a Prætore beneficium abstinendi, licèt de Iure ciuili adhuc sint hæredes Necessarij, de Iure prætorio facti sunt Voluntarij § *sciendum. Inst. de hæred. qualit. & differ. l.* 11. & *l.* 57. *ff. de acquir. & amitt. hæred.* Extranei e contra dicuntur Adire *l.* 7. § 9. *ff. de minor. l.* 3. *in fin. & l.* 4. *ff. quib. ex caus. in poss. eat.*; atque si id nolint, Repudiare hæreditatem *l.* 1. § *prætermittere.* 6. *ff. si quis. omiss. caus. rest. etc.*

XVIII. Testator necessariò debet nominatim vel instituere, vel exhæredare Liberos Suos; hoc est, quos immediate [2] habet in potestate tempore testamenti; vel etiam qui sui sunt futuri tempore eius mortis [a]; imò hodie etiam Emancipatos § 5. *Inst. de exhæred. liber. l.* 4. *C. de liber. præter.* Sic Necessitas instituendi, vel exhæredandi; cum hodie non pendeat a Potestate, afficit etiam Matrem; eadem ex nouo Iure eius Præteritio æquiparatur Exhæredationi [b]. At vbi cum Suis potest instituere Extraneum, salua tamen Suis institutione in Legitima *bonum quæritur*: 6. *iuncta Auth. seq. C. de inoff. testam.* [c]: id verum est, modò Extraneus non sit Persona prohibita, institui. Capacitas Institutionis debet concurrere simul tempore testamenti conditi, mortis testatoris, adeundæ hæreditatis *l. si alienum*: 49. *ff. de hæred. inst.* § 4. *Inst. de hæred. qualit. & diff.*

XIX. Aliqui autem sunt Incapaces iure, & effectu; vt Deportati *l.* 1. *C. de hæred. inst.*, Personæ incertæ *l.* 9. § 9. *l.* 62. *ff. eod.*, Hæretici leg. 5. *C. de apostat. l.* 4. & *l.* 5. & *auth. credentes. C. de hæret. & manich.*, Spurij, qui nequeunt instituí a patre, quanuis possint ab alijs [d]; Fratres Minores de obseruantia, & Capucini, ad quos Tridentinum *sess.* 25. *de regul. c.* 3. limitauit dispositionem *clem.* 1. *vers. quia igitur. de verb. signif.*, indistincte prohibentem instituí Fratres Minores; Princeps, quando instituitur causa liris *l. penult. ff. de hæred. inst.* § *fin. Inst. quib. mod. test. infirm.*: adde Collegia illicita, hoc est sine

2. Et immediatio gradus, & subiectio potestati requiritur ad suitatem *Eckolt. ad tit. ff. de lib. & posth. §.* 8. vbi *Textus Caim. mihi p.* 140. *n.* 39.

a *Eckolt. de hæred. inst. §.* 4.

b *Eckolt. d. tit. de lib. & posth. §.* 6. & *ibi Add.*

c *Quinq. ad tit. Inst. de inoff. test. n.* 12. *Sutholt. dissert.* 8. *n.* 13.

d *Eckolt. ad tit. de hæred. inst. §.* 8. *Thesaur. decis.* 126. *n.* 2.

[v] Possunt instituí Nepotes legitimi ex Filio spurio *Fagnan. in c. ad extirpandas. de fil. presbyt.* vbi *l. fin. C. de nat. lib.* Vide tamen *Sabell. §. Filiatio. sub n.* 9. *vers.* 40 & *qualiter.*

Principis auctoritate firmata *l. 8. C. de hæred. inst.* e.

XX. Naturales extantibus Filijs naturalibus, & legitimis, possunt institui tantùm in vnica vncia cum illorum Matre *Nouell. 89. cap. 12. §. ne igitur.*: non extantibus naturalibus, & legitimis, possunt institui in totum *d. Nouell. 89. cap. 12. §. si verò. auth. licet. de nat. lib.* f; adhuc tamen præteriti nec annullant Testamentum, nec habent Querelam. Et legitimi, ex illegitimis possunt institui g.

XXI. Alij sunt Incapaces solo effectu, quanuis sint capaces iure eiusmodi sunt, qui dicuntur Indigni, ex eo quòd aliquid contra dignitatem Testatoris, & fidem, & reuerentiam illi debitam admiserunt; v. g. si Libertus Patronum accusauerit, si institutus, vel substitutus Testamentum falsum dixerit, vel celauerit etc. *de quibus tot. tit. ff. de his, quib. vt indign.* Accensetur Indignis etiam, qui infirmo Testatori Medicum non adhibuerit *l. indignum. ff. eod.* h. Ab his omnibus, tanquam ab Indignis, Fiscus aufert Hæreditatem, & relicta ipsis caducantur *tot. tit. C. de caduc. toll.*

Modi instituendi.

XXII. HI vel spectant ad Distributionem hæreditatis, vel ad diuersam Rationem ipsius institutionis. Quò ad primos, Testator instituere potest vel vnum tantùm, vel plures Hæredes ad libitum *§. & vnum. 4. Inst. de hæred. inst. arg. l. qui restituere. 68. ff. de rei vend.*, modò non reddatur impossibilis. Aditio hæreditatis: hinc nemo potest instituere simul omnes Homines i.

XXIII. Quando vnus tantùm Institutus est, quanuis vel in sola parte hæreditatis, vel in re certa, adhuc tamen est Hęres in solidum *l. 1. §. 4. ff. de hæred. inst. l. 13. C. eod.*: idque quanuis Testator expressè prohibuerit, ne reliquę partes accrescant; Paganus quippe nequit decedere testatus pro parte, & pro parte intestatus *l. 7. ff. de reg. iur. §. 5. Inst. de hæred. instit.* Quòd si Instituto in re certa addatur Cohęres vel simpliciter, vel in quotam hæreditatis, si is adijt hæreditatem,

e Quid verò requiratur ad hoc vt sint licita, Vide *Ant. Matth. de crim. tit. de colleg. cap. 1. & 2.*

f *Gratian. discept. 958. n. 5.*

g *Gratian. discept. 549. ex n. 13. Deluc. de Iur. Patron. disc. 37. n. 4.*

h An idem de eo, qui morituro Parochum, & Confessarium non adhibuerit *Tondut. quæst. canonic. lib. 1. cap. 115.*

Hinc lucrum Dotis aufertur Marito, tanquam ab Indigno, qui Medicum Vxori infirmæ non adhibuit *V. Sabell. v. lucrum n. 21.*

i *Harpp. ad d. §. & vnum, 4. Inst. de hæred. inst. Sutholt. dissert. 8. n. 19.*

institu-

Institutis in re certa habetur pro Legatario *l. quoties. 23. C. de hæred. instit.*

XXIV. Si plures [k] instituti sunt simpliciter, hoc est non adscriptis partibus, omnes succedunt æqualiter §. 6. *si plures. Inst. de hæred. inst.*: si partes adscribantur singulis, vbi tamen computatio non adæquet Assem, pars vacans accrescit singulis pro rata partium §. *videamus. Inst. eod. l. 13. §. 2. & 3. ff. eod.*; quòd si excedunt Assem, pars exuberans pro simili rata decrescit *d. §. 7. & d. l. 15. §. 4.*

XXV. Si partes quibusdam tantùm sint adscriptæ, institutis aliis simpliciter; vel resident infra Assem, & quod Assi deest, cedit Instituto sine parte *d. §. 6. item quod. 17. in pr. ff. de hæred. instit.*: vel superant Assem, & tunc quod deest Dupondio, aut (si Dupondius expletum sit) Tripondio, cedit Institutis absque parte §. *Inst. eod. d. l. 17. §. fin. & l. 18. ff. eod.*: aut exæquant Assem; & hoc casu Instituti simpliciter capiunt Semissem vniuersæ hæreditatis *d. §. 6. vers. si verò. Inst. eod.*: quod si partes scriptæ æquent Dupondium, Instituti absque parte accipiunt Trientem *d. l. 17. §. fin.* Si ex pluribus Hæredibus vnus instituatur separatim, reliqui verò sub nomine collectiuo, v. g. Filiorum, primus accipit Semissem solus, reliqui alterum Semissem simul *l. Attius. 11. & l. interdum. 13. in pr. ff. de hæred. instit.*

XXVI. Quòad alteros Modos, Institutio potest fieri vel purè, vel sub conditione, vel sub die §. *hæres & purè. Inst. de hæred. instit.* Sub conditione, si est Potestatiua, possunt instituti tam Liberi, quàm Extranei *l. 4. in pr. & §. fin. de hæredit. inst. l. fin. ff. de condit. insert. & 4. C. de impub. & al. subst.*: vbi tamen Potestatiua consistat in dando, in Liberis detrahitur Conditio pro quantitate, in qua resultet præiudicium Legitimæ *l. 32. C. de inoff. testam.* [l]

XXVII. Sub Casuali nequeunt institui Liberi; quia, deficiente conditione, reperirentur præteriti, & sic Testamentum esset nullum: quare huiusmodi Institutio non valet, nisi Liberi in defectum conditionis sint exheredati *l. 4. 5. & 6. & l. iam dubitari. 86. ff. de hæred. instit.* [m].

k Differt Institutio plurium ex asse, & Institutio ex tota hæreditate; nam arbitrarium est Testatori hæreditatem in plures Asses dividere, at non vnam hæreditatem in plures Hæreditates *V. Ballen. de Iure accr. c. 5. q. 6. n. 26.*

l *Bachov. ad §. hæres purè. Inst. de hæred. inst. n. 1. Eckolt. ad tit. de condit. instit. §. 9.*

m *Bachov. ad §. hæres & purè n. 4. Inst. de hæred. inst. Barth. Soc. ad l. & si præterierit. 3. §. purè. ff. de liber. & posth. n. 2.*

XXVIII.

XXVIII. Solum ergo [illegible] possunt, inditi sub Casualit. quæ, si est Possibilis, suspendit Iuris effectum [illegible]; & vbi verificetur, retrotrahitur ad initium *l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pup.*: si est Impossibilis, habetur pro non adiecta, & Institutio remanet pura *§. impossibilis. Inst. de hered. inst. l. 1. l. 20. in fin. l. 9. & 14. ff. de condit. instit.* quo ad hoc enim discrepant Contractus, & vltimæ Voluntates: nam Conditio Impossibilis addita primis vitiat, & non vitiatur; adiecta postremis vitiatur, & non vitiat [o]. Ratio est favor Testamenti, in quo Iura præsumunt Testatorem seriò agere, & sic ex errore appositam fuisse conditionem impossibilem; at in Contractibus, cum duorum voluntas intercedat, præsumitur non error, sed voluntatis defectus *l. non solum. 91. ff. de verb. & oblig. §. 11. Inst. de inutil. stipul.*

XXIX. Institutioni nequit apponi Dies Certus, aut tanquam terminus a quo, aut tanquam terminus ad quem; quare dies certus semper habetur pro non adiecto *d. §. hæres & parè. Inst. de hæred. instit. l. hereditas. 34. ff. eod.* Ratio prioris est, quia Dies non potest retrotrahi, vt Conditio; & interim Testator decederet partim testatus, partim intestatus; hoc autem implicat *§. hæreditas. §. nam neque enim. Inst. eod.*: ratio posterioris est, quia semel hæres non potest desinere esse hæres *l. ait Prætor. 7. §. sed quod Papinianus. ff. de min.*: ne quidem per restitutionem in integrum; quia res factæ infectæ fieri nequeunt, neque per conuentionem *l. verum. ff. de reg. iur. l. in bello. 12. §. factæ. ff. de capt. & postlim.*

XXX. Dies Incertus potest esse talis tripliciter; vel An; & quando simul; vel An seu: Quando seorsim [p]. Sub quouis die incerto valet institutio; quia dies incertus facit Conditionem tam in vltimis Voluntatibus *l. dies incertus. 75. ff. de cond. & demonstr.* quàm in Contractibus *l. sufficit. 56. ff. de cond. indeb.* Quando tamen est dies Incertus Quando, in vltimis Voluntatibus facit quidem conditionem, si collatus sit in personam Tertij, hoc est Extranei *l. extraneum. 9. C. de hæred. inst.*; at non si collatus in ipsam personam honoratam *l. si cum hæres. 4. §. 1. ff. quand. dies leg. cedat.*: at in Contractibus nunquam facit conditionem *l. nam si cum. 17. ff. de condict. indeb.*, quia in Contractibus spes conditionis ad Hæredes transit [q].

[n] *Eckolt. ad tit. de condit. inst. §. 7. Sutholt. dissert. 8. n. 25.*

[o] Tempera, nisi Testator conditionem arbitretur Possibilem *V. Mysing. ad §. impossibilis. n. 5. in fin. de hæred. inst. Antunez. Portugal. de don. reg. prælud. 2. §. 1. n. 49. 50.*

[p] *Bachou. §. hæres. Inst. de hæred. inst. Sutholt. dissert. 8. ad Inst. num. 27. Eckolt. ff. de hæred. inst. §. 15.*

[q] *Eckolt. ad tit. ff. de hæred. inst. §. 13. ad fin. Tabor. lib. com. V. Dies ax. 4.*

XXXI.

XXXI. Ad Modum instituendi pertinet, quòd Institutio ita fiat, vt circa eam constet de certa voluntate Testatoris: hinc nequit conferri in arbitrium alterius *l. illa institutio. 32. ff. de hæred. instit.*, quanuis possit committi Testatoris voluntatis Secretum alteri *l. Theopompus. ff. de dot. præleg.* Pariter nequit fieri Institutio per nutus, vel signa; quia per hæc non declaratur voluntas nisi ex coniecturis: at coniecturæ, quanuis admittantur in Legatis, & Fideicommissis *l. & in epistola. 22. C. de fideicomm. l. nutus etiam. 21. in pr. ff. de leg. 3.* Hæres tamen institui nequit per coniecturas *l. vn. ff. si tab. testam. extabunt. l. iubemus. 29. C. de testam.* Pariter non valet Institutio Captatoria [r], quæ scilicet fit captandæ alterius hereditatis causa *l. captatorias, 70. ff. de hæred. instit.* Tandem ad Institutionem non sunt sufficientia verba negantia, aut priuatiua, v. g. si Testator dicat Non exhæredo [s].

Infirmatio Testamenti.

XXXII. TEstamentum non ritè factum, hoc est deficiens vtraque Forma, intrinseca, & extrinseca, dicitur Iniustum, & Nullum *l. 1. & l. 3. §. 3. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.* quanuis ritè factum infirmari potest vel ipso iure, vel officio Iudicis. Ipso iure, primò per Agnationem Posthumi; quo casu Testamentum dicitur Ruptum §. 1. & 2. *Inst. de exhæred. liber.* §. 1. *Inst. quib. mod. testam. infirm.*; & corruit quò ad Institutionem, licet non quò ad Legata, & cætera relicta *Nouell. 115. cap. 3. in fin. & c. 4. in fin. auth. ex causa. C. de liber. præterit.*, si præteritio fit facta scienter; nam si ignoranter, tunc corruunt etiam cætera [t]. Si tamen Posthumus, nempe Natus post testamentum, vel Sorticus post ipsum testamentum suitatem, vel Adoptatus post testamentum a testatore (qui singuli sunt Fictè, seu Quasi posthumi §. 1. *Inst. quib. mod. testam. infirm.* §. 2. *Inst. de exhæred. liber. l. Gallus de liber. & posthum. etc.*) præmoriatur Testatori, reconualescit Testamentum *l. posthumus. ff. de iniust. irrit. & rupt. testam.* Natiuitate autem Posthumi, seu veri, seu quasi, non rumpitur Codicillus *l. ab intestato. ff. de iur. codicill.*

r Quid propriè voluntas captatoria. *V. Couar. in c. cum tibi de testam. a n. 13. Rot. par. 6. rec. decis. 350. Deluc. de testam. disc. 42. V. Sabell. §. Testamentum n. 12. Alciat. pererg. iur. lib. 2. c. 31.*

s *Eckolt. de hæred. inst. §. 13. in fin.*

t *Rot. par. 9. recent. decis. 391. n. 19. & 23. decis. 405. per tot. & par. 11. decis. 332. n. 1. & 2.*

u *Sutholt. dissert. 8. n. 5. Harpprecht. ad §. posthumorum 2. de exhæred. liber.*

XXXIII.

XXXIII. Secundò ipso iure infirmatur Testamentum, Arrogatione ipsius Testatoris *l. qui ex liberis. 11. §. testamento. 2. ff. de bon. possess. secund. tab. l. conficiuntur. 8. §. si post factum. 5. ff. de iur. codicill.* si tamen is iterum factus sui iuris, declarauerit, se velle mori cum eodem Testamento, istud reconualescit *cit. l. ex liberis. §. 2. de bon. poss. secund. tab.* Tertiò infirmatur voluntatis Mutatione *§. sed & si quis. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. 1. & l. 16. ff. de iniust. rupt. etc. l. sancimus. C. de testam.*; nam in vltimis Voluntatibus habet locum Regula, quòd nemo sibi legem potest imponere, a qua non liceat recedere *l. si quis. 22. ff. de leg. 3.*; quod non procedit in Contractibus, in quibus quæ initio sunt voluntatis, post factum fiunt necessitatis *l. initium. 11. C. de contrab. empt* x. De mutata tamen voluntate debet constare vel per contrarium Actum consultò factum *l. 1. ff. de his, quæ in test. delent.*, vel per posterius Testamentum rite factum y (nam per Codicillos Institutio reuocari nequit, licèt possit reuocari Substitutio) quanuis facta in Testamento z.)

XXXIV. Infirmatur Testamentum Officio Iudicis, per Querelam inofficiosi. Dicitur Testamentum Inofficiosum, quando ritè quidem factum est, ex eo quòd nempe in eo sint nominatim vel instituti, vel exhæredati Liberi; sed tamen Exhæredatus prætendit, exhæredationem fuisse factam contra debitum Officium pietatis paternæ; vnde agit Querela *l. hoc colore. 2. l. inofficiosum. 3. l. non est. 4. ff. de inoff. testam. pr. Inst. eod.*

XXXV. Querela competit tantùm ijs, quibus debetur Legitima a, Legitima est: Quota bonorum, necessariò relinquenda certis personis in testamento. (Intellige de Iure communi, nam Statuto potest tolli in totum b) De Iure nouo, si Liberi sint quatuor, aut pauciores, est Triens, seu tertia pars portionis ab intestato debitæ; si quinque, aut plures, est Semis, seu Dimidium *Nouell. 18. cap. 1. auth. nouissima. C. de inoff. testam.* Aduertendum est tamen, quod si adsunt soli Nepotes ex filio vnico præmortuo, attenditur eorum numerus in calculanda Legitima, ex propria eorum persona, neglecto Iure reptæsentationis; quanuis secus sit, si concurrant cum Patruo, vel eius Filijs c.

x *V. Sabell. §. testamentum. a n. 44.*
y *Harpprecht. inst. quib. mod. testamenta infirmentur §. ex eo autem. 7. a n. 4.*
z *Rot. par. 12. rec. decis. 24. n. 6. Sabell. §. substitutio n. 7. ad fin.*
a *Surdus de alim. tit. 1. q. 1. n. 1. Suthole. differt. 9. ex n. 25. vbi latè de materia.*
b *Deluc. de legit. disc. 1. n. 5. disc. 10. n. 17. disc. 28. ex n. 21. Vide tamen Sabell. §. Legitima n. 3.*
c *Rot. par. 11. rec. decis. 117. n. 11. Sabell. §. Legitima. n. 6. Alsegrad. cons. 58. ex n. 30. V. in Tom. 7. Repetent. pag. 312. n. 48.*

XXXVI.

XXXVI. Exhæredatio est: Actus, quo qui alioquin hæres futurus erat, ab hæreditate repellitur, *ex l. si quis posthumos. 9. § si filium. 2. de lib. & posth.* Vt ritè fiat, debet fieri nominatim, & cum expressione alicuius ex Causis, quę recensentur in *Nouell. 115. cap. 3.*; quas tamen, licèt negent aliqui posse extendi, ab alijs tamen extenduntur ad alias consimiles, & multò magis ad maiores [d]. Hæ tamen Causæ cessant ex Clericatu, vel Monachatu superueniente *c. non liceat. 19. q. vlt.* [e]. Causa autem, ad hoc vt excludat Querelam, debet esse probata ab hærede; alioquin Testamentum per Querelam rescinditur; quò ad Institutionem tamen hæredis tantùm, cæteris firmis manentibus *d. Nouell. 115. cap. 3.*, & reducitur ad causam intestati respectu Vtentis Querela *l. 6. §. 1. ff. l. 34. vers. testamento remoto. C. de inoff. testam.* [f].

XXXVII. Quòd si per hæredem probata fuerit iusta Causa, non est locus Querelæ *cit. Nouell. 115. cap. 3.*; & Exhæredatus non facit partem vel ad augendam, vel ad minuendam Legitimam, quia habetur pro nullo, ac mortuo [g]. Pariter excluditur Querela, vbi aliquid relinquitur, etiam infra Legitimam, titulo Institutionis *iuxta l. omnimodo. C. de inoff. testam.*; tunc quippe datur non Querela, sed Actio ad supplementum Legitimæ; quæ est Conditio ex lege; non autem Hypothecaria, quæ non competit, nisi quando Legitima est legata [h].

XXXVIII. Competit igitur Querela primò Liberis vtriusque sexus *l. 1. 2. 3. & 23. ff. de inoff. l. si maritus. 22. C. eod.*; & quidem hodie non solùm Suis, sed etiam Emancipatis *l. 7. ff. eod.*; imò & Spurijs respectu Testamenti materni *l. si suspecta. 29. §. 1. ff. eod*; Legitimatis per subsequens matrimonium *l. 10. & seqq. C. de natural. lib.*; Arrogatis; Adoptatis ab aliquo Ascendentium *§. 2. Inst. de inoff. test. l. cum in adoptiuis. 10. C. de adopt.*: non tamen Adoptato ab Ex-

d *Harpprecht Inst. de Exhared. liber. §. fin. n. 66. Vuesemb. in Paratitl. ad tit. ff. de liber. & posth. n. 5. Pachin. contr. lib. 6. cap. 78. Sutholt. dissert. 9. ex n. 60.*

e *V. Sabell. in summ. §. filiatio n. 96.* vbi aliæ fallentiæ.

f *Eckolt. ad tit. ff. de inoff. testam. §. 8. & ibi Add. in vu. ad causam intestati. Gothofred. ad d. l. 34. C. de inoff. n. 40.*

g *Eckolt. ad d. tit. ff. de inoff. testam. §. 8. & ibi Add. in vu. nec ipse partem.*

h *Sabell. §. legitima n. 12.*

Supponit exhæredato potuisse legari Legitimam (quòd tamen non currit de Iure Nouell.) *Caim. ad Rubr. ff. de legat. art. 1. cap. 2. q. 2. num. 76. & Eckolt. de inoff. testam. §. 3. V. Sabell. d. §. Legitima. n. 5.* vbi quòd potest relinqui titulo Legati Ascendentibus; & quod titulus Institutionis supplcatur a clausula omni meliori modo.

tranco, sicut nec Naturalibus tantùm, vt quibus non est debita Legitima [k].

XXXIX. Secundò, Parentibus tam naturalibus, quàm adoptiuis, cuiuscumque gradus, aduersus Testamenta Liberorum, qui nullos Descendentes habentes, exhæredauerint, vel præterierint Parentes citra aliquam ex Causis expressis in *d. Nouell.* 115. *cap.* 4. Ex præteritione tamen Matris, nec Filij testamentum est nullum; neque Matri competit Querela, si antea ipsa renunciauerit Legitimæ, & omni Iuri competenti, & competituro [l].

XXXX. Tertiò, Fratribus, & Sororibus germanis, vel in horum defectum consanguineis; in solo tamen casu, quo, præteritis Fratribus, turpes personæ institutæ sint a Fratre, aut Sorore *l. fratres*. 27. *C. & §.* 1. *Inst. de inoff. testam.*; modò ipsi Exhæredati non laborent eadem turpitudine *l. in arenam. in fin. C. eod.* [m]; aut non sint exhæredati ex aliqua ex tribus causis, de quibus *in Nouell.* 22. *cap.* 47. In hoc casu Querelæ competentis fratribus, Legitimam esse tantùm Quartam, & non esse auctam ad Trientem, aut Semissem, vt in reliquis, tenent multi contra alios [n].

XXXXI. Querela cessat, si intra quinquennium post aditam hæreditatem non fuerit in iudicium deducta *l.* 34. *§. fin. l.* 36. *§.* 2. *C. de inoff. testam.* [o]; si alio remedio possit ad hæreditatem perueniri *§.* 2. *Inst. eod. l. fin. C. de liber. præterit.*; si expressè, vel tacitè eidem sit renunciatum *l.* 15. *§.* 1. *l.* 10. *ff. eod.*: imò etsi non sit renunciatum, nequit intentari ab hæredibus; quia cum exhæredatio, vel præteritio sit quædam iniuria, tollitur nedum remissione, sed & dissimulatione illius, cui facta est *l. Papinianus*. 8. *§. si quis post rem. ff. de inoff.* Quando tamen Exhæredatus fuerit mortuus, antequam scriptus hæres adiret Hæreditatem, cum tunc cesset fundamentum dissimulationis, si Exhæredati hæredes sint eius Descendentes, ad illos transmittitur Querela ex iure Sanguinis, siue præparata fuerit, siue non *l. si quis filium*. 34. *C. de inoff. testam.* [p].

i *Rot. par.* 11. *rec. decis.* 309.
k *Eckolt. ad tit. ff. de inoff. testam. §.* 4.
l *Ottob. decis.* 181 *n.* 24.
m *Iason. in l. in arenam. in fin. & in l. fratres. C. de inoff. testam. limit.* 7. *Eckolt. ad tit. de inoff. testam. §.* 4.
n *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 5.
o *Eckolt. ad tit. ff. de inoff. testam. §.* 7. qui §. 6. notat, quinquennium ab adita non currere Minoribus, vt quibus reseruatur integra Querela post maiorem ætatem.
p *Tabor. loc. commun. v. Querela inofficiosi. ax.* 4.

Effectus

Effectus Aditionis Hæreditatis.

XXXXII. SI Testamentum iure factum non infirmetur, post mortem Testatoris Hæreditas dicitur ex testamento Delata; sicuti dicitur Delata ab intestato quando quis decedit sine testamento [q]. Antequàm Hæreditas delata adeatur, dicitur Iacens, quoties nullus compareat Hæres, cuius tamen adsit spes; at dicitur Vacans, vbi nullus præsupponatur, & speretur Hæres [r]. Ex hoc discrimine oritur, quòd Obligationes transitoriæ ad hæredes transeunt etiam ad Hæreditatem Iacentem, at non ad Vacantem; nam Iacens, sed non Vacans repræsentat Personam defuncti [s]. Dicitur autem hæreditas Adita vel expressè, quando hæres declaraverit animum adeundi *§. fin. Inst. de hæred. qualit. & differ. l. 88. ff. de acquir. vel omitt. hæred.*; vel tacitè, quando gessit se pro Hærede, faciendo nempe ea, quę solus Hæres potest facere *d. §. fin. Inst. de hæred. qualit. & differ. l. 20. in pr. ff. de acquir. vel omitt. hæred.*

XXXXIII. Effectus Aditionis sunt: vt semel Hæres nunquam desinat esse *l. 4. C. de repud. vel abstin. hæred. §. 5. Inst. de hæred. qualit. & differ. l. 88. ff. de hæred. inst.*: vt censeatur vna Persona cum Defuncto, cum ipsum Defunctum repræsentet *Nouell. 48. in præfat.*: vt acta, & facta Defuncti præstare obstringatur, & obligetur ad quæcumque onera hæreditaria, etiam vltra vires hæreditatis *l. more. 8. ff. de acquir. vel omitt. hæred.*, nisi illam adeat cum beneficio Legis, & Inuentarij *l fin. Cod. de iur. deliber.*: vt possit mitti in possessionem ex beneficio *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.*, reseruatis alijs controuersijs pleniori iudicio: quod beneficium competit soli Hæredi ex testamento, qui illud debet præsentare Iudici competenti, & probare mortem Testatoris, præter concursum aliorum requisitorum, de quibus *in dicta l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. tollend.* [t], & DD. Est etiam effectus Aditæ hæreditatis, vt transmittatur, quia ante Aditionem nullum Ius acquiritur *l. vn. §. 5. C. de cad. toll. l. 7. C. de iur. deliber.* [u].

XXXXIV. Limitatur tamen hic vltimus Effectus in triplici casu, in quorum vnoquoque transmittitur Hereditas etiam simpliciter Delata.

q *Galuin. Lexic. iur. v. delata hæreditas.* vbi textus.
r *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 1. statut. 10. n. 17.*
s *Capyc. decis. 87. per tot.*
t *Eckolt. ad tit. ff. de hæred. inst. §. 17.*
u *Tabor. loc. comm. v. transmissio, axiom. 4.*

Digitized by Google

Primus est, si Sui moriantur antequàm se immiscuerint, vel abstineant; nam transmittunt Hæreditatem ad quoscumque hæredes *l. 3. C. de iur. delib. l. 8. C. de suis & legit. hæred.*: quæ Transmissio dicitur ex Iure suitatis. Secundus est, si Descendentes non Sui moriantur antequàm adeant, vel repudient; nam transmittunt ad solos Liberos, non Extraneos *l. vn. C de bis, qui ant. aper. tab.*: & hæc Transmissio appellatur ex Iure sanguinis. Tertius est, si Extranei moriantur pendente anno ad deliberandum; nam transmittunt indistinctè ad quoscumque hæredes, non Hæreditatem, sed ipsum Ius deliberandi *l. 19. C. de iur. delib.*: & hæc Transmissio dicta est ex capite Iuris deliberandi. Ad hanc Transmissionem requiritur Scientia hæreditatis delatæ; & si hæres ignorauerit, eius hæredibus datur Restitutio in integrum, ac possunt admitti [a].

a *V. Tabor. in loc. comm. d. v. transmissio. axiom. 15. Eckolt. admit. de acquir. vel emitt. hæred. §. 6.*

§. VIII.

Ius Hæreditarium ex Substitutione Directa.

I. SVbstitutio dicitur Secunda Institutio *l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. Gloss. ad rubr. eiusd. tit.*, quia ad hoc vt verificetur, debet deficere prima Institutio: hoc est verum in Substitutione Directa; nam Obliqua non habet locum, nisi priùs verificetur prima §. *in primis. 2. Inst. de fideic. hæredit. l. post militiam. C. de impub. & al. substit. & passim sub tit. ff. ad S. C. Trebell.* [a].

II. Verba quibus concipiuntur Substitutiones, alia sunt Directa, alia Communia, alia Obliqua. Directa important, vt quis immediatè accipiat hæreditatem ab ipso Testatore, absque ministerio hæredis [b]: hæc alia sunt directa Ciuilia v. g. hæres esto, hæredem instituo etc.; alia non Ciuilia, scilicet quæcumque verba, quæ referuntur ad Factum testatoris, vel substituti, non verò hæredis. Communia possunt adaptari tum ad directam, tum ad obliquam Substitutionem: talia sunt v. g. substituo, succedat, habeat, perueniat; & similia.

a Quomodo quis possit sibi ipsi substitui *V. Caim. ad l. centurio. ff. de vulg. etc. in prælud. n. 5.*

b *Tabor. loc. comm. v. substitutio, ax. 3. Cabello §. substitutio. n. 2.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc nequeunt dici Mixta; quia nequeunt participare de directa & obliqua simul, & eodem tempore [c]. Obliqua semper referuntur ad Factum hæredis; hoc est, vt Successio capiatur ab eius manu. Directa Ciuilia nunquam obliquantur: Directa non Ciuilia, & Communia, in dubio iudicantur magis Directa, quàm Obliqua [d].

III. Substitutionis Directæ communiter quinque assignantur Species [e], Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Reciproca, Compendiosa: at hæ duæ vltimæ non differunt specie a tribus prioribus [f]; nam Reciproca continet tantùm extensionem priorum; Compendiosa, breui compendio verborum, complectitur & tres priores, & vlteriùs etiam Obliquam [g].

Vulgaris.

IV. ESt, quæ fit Hæredi instituto, in casum, quo is non fuerit factus Heres *pr. Instit. de vulgar. subst. l. potest quis. 36. ff. eod.* Si talis casus exprimitur indefinitè, continet casum & Noluntatis, & Impotentiæ: si exprimitur tantùm vel casus Noluntatis, vel Impotentiæ, neuter continet alium, secundùm aliquos [h]; at communiter est opinio, quòd vnus casus alium comprehendat, quia Testatorum interest, vt hæredem habeant [i]: & sic hæc ratio locum habet etiam in casu omisso [k].

V. In Vulgari, conditio Si hæres non erit, apposita Extraneo, si is sit sui Iuris, importat, si non adierit; at si sit alieni iuris, importat, si vel ipse hæres non erit, vel illi, in cuius potestate est, hæreditatem non acquisierit §. *vlt. Inst. de vulgar. substit.* [l]. Sic, si Vul-

c *V. Caim. ad l. centurio. ff. de vulg. & pup. par. 2. q. 3. n. 44.*

d De omnibus prædictorum verborum speciebus, & singulis earum exemplis, & effectibus doctissimè, & plenissimè agit *Bellon. de Iur. accresc. cap. 7. quæst. 3. 4. 5. & 6. per tot. Ut etiam Mysinger. ad §. fin. Inst. de pupill. substit. & Caim. cit. quæst. 3.*

e *V. Caim. ad l. centurio. ff. de vulg. &c. par. 1. cap. 3. n. 22. & n. 62.*

f Differunt à primis Formula, non Substantia *Caim. in Prælud. ad d. l. centurio. n. 76.*

g Potest dici: casus Substitutionis vel eadem ante aditam hæreditatem, & est casus Vulgaris; vel post aditam, sed ante pubertatem, atque Pupillaris; vel post aditam, & pubertatem, & est Exemplaris: quare neque Reciprocæ, neque Compendiosæ datur casus proprius *V. Caim. in Prælud. ad l. centurio. ff. de vulg. & pupil. sub n. 6.*

h *Sutholt. dissert. 8. n. 35.*

i *Eckelt ad tit. ff. de vulg. & pupill. §. 7.*

k *Tabor. loc. commun. v. Substitutio. axiom. 6.*

l *Vinn. ad §. potest autem. Inst. de vulg. substit. num. 4.*

garis

garis facta est Filiofamilias, aut Sanio, Pater, vel Dominus excludunt Substitutum *l. cum proponas. C. de hæred. inst.* m. Id verum est, si Testator sciuerit Hæredem esse in alterius potestate *l. paterfamilias.* 40. *& l. seq. ff. de hæred. inst.*; nam si nesciuit, tunc ob voluntatis incertitudinem, mediam hæreditatem acquirit vel Pater, vel Dominus, aliam medietatem Substitutus n.

VI. Quanuis in puncto iuris videatur verius, quòd per Vulgarem tollatur Ius suitatis tantùm in casu Noluntatis, non verò Impotentiæ; communiter tamen in vtroque casu tolli censetur; ita vt semper impediatur transmissio ex capite Suitatis, & fiat locus Substituto vulgari o.

VII. Vulgaris, in Hærede necessario, vt etiam in Filiofamilias, tollit necessitatem, quæ in vtroque aderat de Iure ciuili, adeundi Hæreditatem, quoties Substitutus adire velit p. Vulgaris tantùm expirat adita hæreditate *l. post aditam. C. de iur. deliber.*: quare si non sit adita, transmissio impeditur a Substituto q: & vbi Aditio rescindatur per Restitutionem in integrum, Vulgaris reconualescit *v. l. 7. §. 10. ff. de minor.* r quanuis contrarium alij sentiant s. Reconualescit etiam, si hæres postquàm adijt, nolit implere voluntatem defuncti, & Substitutus caueat de implendo t. *auth. hoc ampliùs. C. de fideic.*

VIII. Datur tamen Substitutio vulgaris Tacita u. Hæc continetur sub expressa Pupillari *l. iam hoc iure. in pr. ff. de vulgar. & pupill.*, vel sub Compendiosa *ex l. precibus. C. de impub. & al. substit.* x. Tam expressa, quàm tacita, si adijciatur vniuersæ Hæreditati, ne-

m *V. Caim. ad l. centurio. q. 8 n. 3.* Vide tamen *Sutholt. d. dissert. 8. n. 38. & Harpp. ad §. & plures. Inst. de vulg. substit. ex n. 16.* vbi quid de Monasterio, si Monachus institutus repudiet.

n V. tamen *Bachou. ad §. si seruum. Inst. de vulg. substit.* vbi explicat *d. l. 40.* quòd ad Substitutum pertineat tantùm quarta pars. Plenius *Echolt. ad tit. ff. de vulg. §. 9.*

o *Sutholt. dissert. 8. n. 39.* V. tamen *Vinn. ad §. fin. Inst. de vulg. substit. n. 2.* qui diuersimodè quæstionem decidit pro diuersitate casuum, in quibus hæreditas tantummodo delata transmittitur.

p De hac quæstione *V. Caim. ad l. centurio. ff. de vulg. & pupill. p. 2. q. 8. Sabell. §. substitutio. sub n. 3.*

q *Sutholt. d. dissert. 8. n. 41.*

r *Sabell. d. §. substitutio. n. 6.*

s *Echolt. ad tit. ff. de vulg. etc. §. 13.*

t *Tabor. v. substitutio. axiom. 7.*

u De Tacita *V. Bachou. ad tit. 16. Instit. de pupill. substit. in pr. n. 3.* Tacita vulgaris ad quos casus extendatur *V. Tabor. in loc. comm. v. substitutio. axiom. 10.*

x *V. Caim. ad l. centurio. ff. de vulg. & pupill. substit. par. 2. quæst. 5. per tot.*

quit

quæ ordinari in Codicillis, vt in quibus hereditas directè nec dari, nec adimi potest §. *penult. Inst. de codicill.*; quare si Vulgaris fiat in Codicillis, semper obliquatur y.

IX. Si Vulgaris adijciatur Institutioni particulari, aut Legato rei certę, valet facta in Codicillis, si est Expressa z: at si est Tacita, vel est concepta per verba directa, & habet vim Vulgaris directæ; vnde non caducatur per caducationem gradus antecedentis: vel est concepta per verba communia, aut obliqua; & semper est Fideicommissaria; atque caducatur per præmorientiam primi Instituti, vel Legatarij a: modò non sit substituta pia Causa; nam hæc est exempta a subtilitatibus Iuris positiui, & regulatur cum sola veritate, & æquitate naturali b.

X. Datur quædam Substitutio Vulgaris, quæ dicitur Anomala. Ea est duplex: prima est, quæ facta est primo Fideicommissario in ipso Fideicommisso, per Compendiosam: tunc, corrupto gradu antecedente, admittitur in fideicommisso subsequens, & efficitur primus c.

XI. Secunda est minùs propria; & est, quando, concepto Fideicommisso per Compendiosam in pluribus Lineis distinctis ab initio, subintrant vel Filius in locum Patris defuncti, vel Nepos in locum Aui, & sic fiunt æquales proximiori alterius Lineæ, etiam secluso Iure repræsentationis d. Vulgaris Anomala non habet locum quando constat, Testatorem voluisse disponere per solam Fideicommissariam; tunc enim Fideicommissum est Graduale, in quo, caducato gradu antecedente, caducatur omnis gradus sequens e.

Pupillaris.

XII. Fit a Patre Liberis, quos habet in potestate, a se institutis, in pupillari ætate decedentibus *pr. Inst. de pupill. substit. l. 1. & 2. ff. de vulg. & pupill.*: hinc non potest fieri a Matre, nec ab Extraneo; a quibus tamen si fiat, iuxta aliquos, resoluitur in Fi-

y *Deluc. de fideicommiss. in summ. n. 18.*
z *Deluc. in d. summ. de fideic. n. 16. 17. & 18.*
a *Deluc. ibid. n. 19*
b *Deluc. ibid. n. 20. & seqq. & d. tit. de fideicomm. disc. 108. per tot.* vbi plenè de materia.
c *Bart. in l. quandiu. ff. de acquir. vel omitt. hered. Deluc. de fideic. in summ. n. 24. & disc. 117. n. 4. & 5.*
d *Deluc. de fideic. disc. 17. & 18. & in summ. n. 25.*
e *Deluc. de fideicomm. tit. disc. 107. n. 6. & 7. & in summ. n. 24.*

deicom-

deicommissariam [f]. Substitutus pupillariter non solùm succedit in bonis Patris, sed in bonis Pupilli *l. sed si plures. 10. §. 5. ff. de vulg. & pupill.*; nam Pater non solùm censetur facere testamentum pro se, sed pro ipso Pupillo [g]; imò non valet Pupillaris, nisi priùs Pater Testamentum sibi faciat *l. moribus. 2. §. quisquis. 1. & §. priùs. 4. ff. de vulg. & pupill. §. liberis. 5. Instit. de pupill. substit.*; quare Substitutus Pupillariter, Iuris fictione, intelligitur substitutus ab ipso Pupillo [h].

XIII. Pupillaris, alia Expressa, quando scilicet constat clara voluntas Patris substituendi Pupillo, quem habet in potestate. Hæc Potestas debet adesse & tempore testamenti *l. 2. ff. de vulg. & pup.* & mortis Testatoris *l. cohæredi. 41. ff. eod.* Alia est Tacita, quæ continetur vel sub expressa Vulgari *l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg. & pupill. l. quanuis. C. de impub. & al. substit.* (modò non sit adiecta Personæ, cui pupillariter nequit substitui [i]); vel sub Compendiosa *l. precibus. 8. C. de impub. & al. substit.* [k].

XIV. Expressa potest fieri Pupillo, instituto tam vniuersaliter, quàm in re certa. Substitutus per eam capit totum, quanuis Mater pupilli existat in medio *l. Papinianus. 8. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testam. c. 1. §. vlt. de testam. in 6.*, ita vt hęc neque Legitimam obtineat [l]. Censent tamen aliqui, etiam in hoc casu Matrem obtinere Legitimam, si & ipsa instituta sit a Patre *l. fin. C. de instit. & substit.* [m]. Tacita non operatur exclusionem Matris a Legitima [n]; sed Substitutio præsumitur facta tantùm in bonis Patris; nisi substituta sit Causa pia; vel concurrat odium rationabile erga Matrem, v. g. ob transitum ad secundas nuptias, etc. [o].

XV. Quando Substitutio Tacita facta est Pupillo instituto in re certa, si nulla fit mentio pupillaris ætatis, regulariter resoluitur in Fideicommissariam, si præsertim Mater existit in medio: at si fiat mentio

[f] *Eckolt. ad tit. de vulg. & pupill. §. 18. Sabell. in summ. §. substitutio. n. 13. vers. item.*

[g] An dicenda sint duo, vel vnum Testamentum *Caim. in Pralud. ad l. centurio. ff. de vulg. & pupill. a n. 56.* vbi quòd vel sunt duo, vel potiùs vnum, sed duarum hæreditatum.

[h] *Vinn. ad rubr. & Bachou. ad pr. tit. Inst. de pupill. substit.*

[i] *V. Bachou. ad tit. Inst. de pupill. substit. in pr. vers. veluti si quis.*

[k] *Deluc. de fideic. in summ. n. 34.*

[l] *Eckolt. ad tit. ff. de vulg. & pupill. §. 23.* vbi dat rationes *Sabell. in summ. §. substitutio n. 11.*

[m] *Eckolt. ad d. tit. sub §. 22.*

[n] *Bachou. ad d. pr. Inst. de pupill. substit. n. 5.*

[o] *Deluc. de fideic. in summ. ex n. 40. & disc. 123. per tot.*

pupilla-

Digitized by Google

pupillaris ætatis, tunc dicitur Compendiosa concepta in figura Substitutionis Pupillaris; & huius vim habet, si disposita est per verba directa ciuilia: quòd si disponatur per verba directa non ciuilia, seu communia; vel est directa ad rem ipsam, & resoluitur in Fideicommissariam; vel dirigitur ad personam Pupilli, & est Directa pupillaris. Quando concepta est per verba obliqua, non obstante mentione pupillaris ætatis, est semper Fideicommissaria p.

XVI. Præmoriente Substituto ante pupillum, Pupillaris non caducatur, sed transmittitur ad Substituti hæredes *l. qui patri. 59. ff. de acquir. vel omitt. hæred* Id fallit & quando Substitutio est particularis; & quando Substitutus, qui fuit institutus cohæres cum pupillo, viuus non adijt Hæreditatem q.

Exemplaris.

XVII. IDa dicitur, quia ad exemplum r Pupillaris est veluti quoddam Testamentum, quod fit a Patre, Matre, vel ab Ascendente paterno, aut materno pro aliquo ex Liberis impedito testari, ob perpetuam impotentiam vel animi, vel sensuum s. *1. Inst. de pupill.*

XVIII. Hæc Substitutio non pendet a patria Potestate; at regulariter ordinata a Patre prævalet ordinatæ a Matre, vel ab alio Ascendente t. Conuenit etiam Exemplari, vt Substituens instituat eum, cui substituit; & vt Substitutio excludat Matrem u. Sufficit, quòd Substitutus instituatur in Legitima v. Exemplaris alia est Tacita; & hæc alia Simplex, quæ continetur sub expressa Vulgari, & Pupillari; alia Mixta, quæ sub expressa Exemplari, sed concepta in vnum tantùm casum, a quo fit extensio x.

XIX. Debent primò substitui Filij, & alij Descendentes ipsius Instituti, laborantis perpetuo impedimento: secundò, in defectum filiorum, & descendentium, debent substitui Fratres, vel Sorores, ita ut

p De his omnibus *Delur. de fide c. in summ. n. 44. & disc. 121. & 122.*
q *Delur. de fide c. in summ. n. 45. & disc. 125. per tot.*
r Exemplum procedit quoad similitudinem, & modum, non quoad omnia *Caim. in prælud. ad Centurio. ff. de vulg. etc. sub n. 70.*
s Quid si impubes sit furiosus? *V. Bachou. ad tit. Inst. de pup. §. 1. vers. & si puberes.*
t *Add. ad Eckolt. tit. ff. de vulg. & pup. §. 29.*
u *Eckolt. ibid. §. 30. & 31.*
x *Add. ad Eckolt. de vulg. & pupill. §. 28.*
y *Tabor. v. substitutio axiom. 9.*

 substi-

Substituens habeat facultatem gratificandi vni ex his Personis præ alia y: tertiò, non extantibus descendentibus, nec fratribus, & sororibus expressis a Lege, ex rationis identitate, substitui debent Mater, & cæteri Ascendentes; nam Exemplaris admittit extensionem de casu ad casum z.

XX. Si Exemplaris fiat contra præfatum ordinem, emanabit tantum respectu bonorum. Laborantis impedimento; in quibus venit etiam Legitima a: neque sustinetur ex eo, quòd sit substituta Causa pia, Exemplaris quippe non prouenit a Natura, sed potius Naturæ aduersatur; quare semper regulanda est iuxta solas regulas Iuris ciuilis, a quo emanauit, vt in *l. humanitatis. 9. C. de impub. & al. subst.* b.

Reciproca, & Compendiosa.

XXI. PRior vocatur etiam Breuiloqua c; & fit quando Testator, duobus, aut pluribus Hæredibus, vel Lineis institutis, eos, vel eas inuicem substituit *§. 1. & 2. Inst. de vulg. subst. l. 4. passim. ff. eod.* In primo casu dicitur Reciproca simpliciter, in secundo Reciproca Linearis d.

XXII. Compendiosa est, quæ plures Substitutiones tempore differentes, sub verborum compendio coarctat e.

XXIII. Datur etiam Substitutio directa Militaris, per quam miles potest directè substituere Pupillo, quem non habet in potestate *l. in testamento. 6. C. de testam. milit.*; & etiam post mortem pupillarem *l. centurio. 13. ff. de vulg. & pupill. subst. l. precibus. 8. C. de impub. & al. subst.*; vt & pleraque alia facere non permissa Paganis *tit. Inst. de milit. testam. & ff. & C. de testam. milit.* Verùm hodie vsu absoluit quidem Militem, dum est in Exercitu; & expeditione actuali, a Solemnitatibus Testamentorum, sed non a Modo instituendi, & substituendi, in quo debet conuenire cum Pagano f.

y Circa hunc num. *v. Bachou. ad tit. Inst. de pupill. §. 2. quæ ratione. vers. & si puberes.*

z *Deluc. de fideic. in summ. n. 50. V. tamen Add. ad Eckolt. ibid. §. 2.*

a *Deluc. ibid. n. 51.*

b *Deluc. cit. tit. de fideic. in summ. n. 53. & disc. 182. per tot.*

c Sed malè, vt apud *Vinn. ad §. 1. Inst. de vulg. substit. Caim. ad d. l. Centurio de vulg. in pralud. a n. 71.*

d *Deluc. de fideic. in summ. n. 269. & seq.* vbi, ex quibus censeatur inducta.

e *V. Caim. ad d. l. centurio. ff. de vulg. etc. in pralud. ex n. 79.*

f *V. Eckolt. ad tit. ff. de test. mil. §. 7. & 9. Deluc. de fideic. in summ. n. 54. & duob. seqq.*

§. IX.

§. IX.

Ius in Re ex Substitutione Obliqua.

I. EA appellatur Fideicommissum, quòd ante Augusti tempora nullam inducebat necessitatem, sed tantùm pendebat a Fide hæredis: temporibus Augusti recepit obligationem, & necessitatem, quamvis retinuerit antiquum vocabulum §. 12. *fin. Inst. de fideicomm. hæred.* a.

II. Fideicommissum est: Vltima voluntas, qua verbis precarijs rogatur, seu iubetur Hæres restituere vel totam Hæreditatem, vel eius Quotam (& tunc dicitur Fideicommissum Vniuersale); vel singulas res (& dicitur Particulare.) §. *in primis*. 2. *Inst. de fideicomm. hæredit. Inst. de sing. reb. per fideic. relict. in pr. & tit. ff. ad trebell.* b.

III. Aliud est Purum, aliud Conditionale: Purum aliud est tale per se; aliud ex accidenti: Purum per se simpliciter grauat institutum ad restituendam statim Hæreditatem; verùm hoc rarò contingit in praxi: Purum ex accidenti est, quòd Lex ob clausulam codicillarem, vel aliud priuilegium, subintelligit in Institutione directa, v. g. quando, corruente Testamento ratione præteritionis Filiorum, aut ex alio defectu, intelliguntur grauati Venientes ab intestato restituere Instituto directè c.

IV. Conditionale aliud dicitur Restitutorium, quod nempe concipitur in casu mortis; aliud Conseruatorium, quod conceptum est in casu alienationis prohibitæ ab homine. Conseruatorium aliud est Pœnale, aliud Conditionale. Pœnale aliud est verè tale, quando ordinatur in odium grauati contrauenientis, vel delinquentis: aliud est Pœnale tantùm verbis; nam factis est potius fauorabile ipsi grauato; & tale est, quod in casu delicti ordinatur ad exclusionem Fisci. Conseruatorium Conditionale ordinatur sub aliqua Qualitate, necessaria non solùm ad assecutionem, sed etiam ad retentionem Fideicommissi, v. g. Doctoratus, &c. d.

a *Sutholt. dissert. 10 ex n. 87. Harpp ad §. sciendum. 2. Inst. de fideic. hared. Vinn. ibid. Caim. ad rubr. ff. de leg. 1. cap. 2. a n. 135. ad 145.*

b *Eckolt. ad tit. ff. ad S. C. Trebell. §. 1 & 2. Sutholt. cit. dissert. 10. n. 92.*

c *V. Deluc. de Fideicomm. in summ. n. 58. & 59.*

d *V. Deluc. cit. tit. de fideicomm. in summ. n. 57. & de Quæstionibus circa has species cadentibus a n. 339. ad n. 350.*

V. Restitutorium aliud est Simplex, admittens plures concurrentes in eodem gradu, vel statu æquali: aliud est Qualificatum, admittens vnam tantùm Personam; & dicitur vel Primogenitura, vel Maioratus. Simplex est Diuiduum; Qualificatum est Indiuiduum: in Simplici habent locum regulæ communes Successionum; in Primogenituris regula est, quòd Linea vincat tam gradum, quàm sexum, atque ætatem e.

VI. Quandò Maioratus ordinatur non pro Primo natu, sed pro Maiore natu, seu Seniore, dicitur Maioratus Saltuarius; in quo attenditur prærogatiua, non Lineæ, sed Ætatis f.

VII. In Fideicommisso aria præcipuè considerantur. Primum est Existentia g; secundum Pertinentia h; tertium bonorum Identitas i. His tribus verificatis, adhuc Fideicommissum subiacet Detractionibus. Hæ, aliæ sunt Accidentales, aliæ Legales.

VIII. Accidentales consistunt in Iuribus, ex propria persona competentibus Grauato, aduersus Defunctum k. Competunt Hæredi in Fideicommisso vniuersali, quanuis adierit sine beneficio inuentarij; at in particulari, vt quod æquiparatur Legato, si omissum est inuentarium, Grauatus tenetur illud integrè præstare *l. fin. §. si verò postquam. C. de iur. delib.* l.

IX. Detractiones Legales consistunt in Quotis hæreditarijs. Ita dicuntur, quia a Lege ipsa conceduntur: sunt autem, Legitima, Trebellianica, Falcidia. Legitima nequit prohiberi, nisi per cautelam, quę vulgò dicitur Socini. Hæc consistit in eò, quòd Testator instituat in tota hæreditate sub ea lege, vt Institutus vel restituat integram hæreditatem, vel si velit detrahere Legitimam, in ea sola intelligatur institutus, & residuum plenè restituat, vna cum fructibus, vel fructus ipsos imputet in Legitimam m.

e *Deluc. cit. tit. de fideic. a n. 59. ad 80. in summ.*

f *Deluc. cit. summ. de fideic. n. 71. & 72.*

g De qua, & Quæstionibus ad eam pertinentibus *V. Deluca cit. summ. de fideic. a n. 82. ad n. 225.*

h De qua similiter, & Quæstionibus ad eam tendentibus *Deluc. loc. mox cit. a n. 226. ad 278.*

i Pariter de hac *Deluc. cit. tit. de Fideic. in summ. n. 375. & 376. & disc. 194. n. 11. & 12.*

k De quibus, & quid sub eis veniat *Deluc. in cit. summ. de Fideic. n. 336. & deinc. seqq. & n. 333. & 334.*

l *Deluc. de fideic. in summ. n. 336. & 337. & disc. 128. Peregrin. de fideicomm. art. 35. per tot. & decis. Patau. 96. n. 7. & 8.*

m *Deluc. de Legit. disc. 16. 17. & 18. per tot. & de Fideic. in summ. n. 325. & 326.*

X. Tre-

X. Trebellianica, & Falcidia possunt prohiberi *Nouell.* 1. *cap.* 2. *circa fin. auth. sed cum testator. C. ad l. falcid.* n præterquàm Filijs primi gradus; circa quos tamen attenditur stylus Tribunalium o. Nedum prohibetur expressè, sed & tacitè; quando nempe substituta est Ecclesia, vel pia Causa p. In eam, exceptis Suis, & Descendentibus, rel qui grauati tenentur imputare fructus perceptos pendente restitutione q. Trebellianica est Quarta pars hæreditatis, quæ detrahitur ex fideicommisso vniuersali, ad vtilitatem grauati, quando non est prohibita *ex tit. Inst. de fidicomm. hæred. & tit. ff. & C. ad S. C. Trebell.* r.

XI. Falcidia solùm habet locum, quando Legata absorbent vltra dodrantem, seu nouem vncias Hæreditatis *V. tot. tit. Inst de L. Falcid. & ff. & C. ad L. falcid.* s Vulgata est regula, quòd duæ ex tribus Quartis nunquam eodem tempore simul detrahi possint; quia duæ causæ lucratiuæ nequeunt concurrere circa idem, eodem tempore t.

n *V. Eckolt. ad tit. ff. ad l. Falcid. §. 11. & ad S. C. Trebell. sub §. 21. Harpp. ad tit. Inst. de fideic. hæred. §. Eum quoque. 11. a n. 4.*

o *Deluc. de Legit. & Detract. disc 32. per tot. & in summ. n. 65. & 66. & de fideic. in summ. n. 319. & 320.*

p *Eckolt. ad l. Falcid. n. 13. & ad S. C. Trebell. §. 21. Deluc. de Legit. & Detract. disc. 34. & in summ. n. 69. & de Fideic. in summ. ex n. 322.* vbi quid si restitutio facienda sit alteri Ecclesiæ, vel Causæ piæ?

q *Deluc. in cit. summ. de Fideic. n. 322. & de Legit. & Detract. disc. 34. & in summ. n. 70.*

r *V. Eckolt. ad tit. ff. ad S. C. Trebell. per tot. Sutholt. differt. 10. ex n. 93. ad 100. Deluc. cit. summ. de Legit. & Detract. n. 65.*

s *Vide etiam Sutholt. cit. differt. 10. ex num. 82. ad 86. & Eckolt. ad tit. ff. ad l. falcid.*

t *V. Eckolt. ad cit. tit. ff. ad S. C. Trebell. §. 20. Deluc. de Legit. disc. 33. n. fin. & disc. 40. n. 6. & 8. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 1. per tot.* vbi plenè de ista conclusione.

§. X.

Ius in Re ex Legatis.

I. LEgatum, quod in *§. legatum itaque. Inst. de legat.* dicitur Donatio quædam, a defuncto relicta, ab hærede præstanda, potest fieri & ab ijs, qui habent testamenti factionem actiuam *arg. l. 2. & l. 114. in pr. ff. de leg. 1. & l. 1. in pr. & l. 22. de leg. 3. iuncta l. 1. §. de leg. 1.*; & ijs, qui passiuam *§. legari. 24. Inst. h. t.*

II. Siue

II. Sine legantur Facta, siue Res §. *tam autem*. 21. *Inst. h. t.*, vtrumque Legatum; vt subsistat, debet posse aliquo modo esse vtile Legatario §. *ex contrario*. 14. *Inst. de legat.* Hinc res propria ipsius Legatarij inutiliter legatur ipsi; adeout huiusmodi Legatum non conualescat, neque debeatur æstimatio, quanuis Legatarius, viuo Testatore, rem propriam sibi legatam alienauerit §. *sed si rem*. 10. *Inst. de legat. l.* 41. §. 2. *ff. de leg.* 1. Valet tamen tale Legatum respectu Iuris, quod vel Testator, vel alter habeat in illa re *l. si domus*. 71. §. *si fundus*. 5. *de leg.* 1.: valet etiam, si Testator legauerit Rem suam Legatarij, quam putabat esse alienam; vel alienam, quam putabat esse Legatarij §. *si quis rem suam Inst. h. t.* [a].

III. Potest legari Res propria hæredis §. *non solùm*. 4. *Inst. h. t. l. si sibi*. 86. §. *si fundus*. 3. *de leg.* 1.; modò is honoratus sit in æquiualenti *l. Imperator*. 70. §. 1. *ff. de legat.* 2. [b].

IV. Valet Legatum rei futuræ §. *ea quoque*. 7. *Inst. eod. l. quod in rerum* 24. *in pr. de leg.* 1. *l. etiam*. 17. *de leg.* 3. Tale Legatum intelligitur factum sub conditione, si res existet *l.* 1. §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* Sic est conditionale quod fit de fructibus ex certo prædio [c]. Hæc tamen conditio non impedit transmissionem *l. cum illud*. 25. §. 1. *l.* 6. §. 1. *ff. quando dies leg. ced.*; quia est conditio tacitè subintellecta a Lege, at non expressa ab Homine; & respectu Hominis Legatum est purum *l. conditione*. 99. *ff. de condit. & demonstr.* [d].

V. Rei alienæ Legatum, hoc est, quæ neque Testatoris, neque Legatarij est, subsistit, si Testator habeat scientiam, quòd res fuerit aliena; ad effectum, vt hæres cogatur, si potest, rem iusto pretio redimere; aut, si non potest, præstare æstimationem §. *non solùm*. 4. *Inst. eod. l. cum seruus*. 39. §. *constat*. 7. *ff. de leg.* 1. Dictum est Iusto pretio; quia hæres non tenetur redimere immodico pretio; sed tunc sat est, quòd præstet æstimationem *l. non dubium*. 14. §. *fin. & l. qui quatuor*. 30. §. *fin. ff. de legat.* 1. Scientia autem Testatoris probari debet non ab Hærede, sed a Legatario §. *& verius*. *Inst. eod. & arg. l.* 21. *ff. de probat.* Idem est, si Testator scienter legauerit alicui rem obligatam creditori; nam Hæres tenetur luere, nisi expressè voluerit, ipsum Legatarium luere §. *sed & si rem*. 5. *Inst. eod. l. si res*. 57. *ff. de leg.* 1.

VI. Si Testator ignorauit; vel Legatum est factum extraneo, & non

a *Manz. ad §. si quis rem suam Inst. de legat. ex n.* 1.
b *Sutholz. differt* 10. *ad Inst. sub n.* 37.
c *Conciol. allog.* 26. *n.* 16.
d *Manz. ad §. ea quoque. Inst. de legat. n.* 4. *Sutholz. differt.* 10. *n.* 13.

subsistit,

subsistit, ex præsumpto defectu voluntatis Testatoris §. non solum. verſ. quod autem. Inſt. eod.; vel est factum Personæ coniunctæ intra decimum cognationis gradum e, & subsistit, ex præsumpto affectu Testatoris l. cum alienam. 10. C. de legat. f. Idem procedit etiam vbi legata est Res aliena ignoranter fauore Libertatis l. 39. ff. de fideic. libert., piæ Causæ, & in pluribus alijs casibus g.

VII. Si Rem alienam sibi legatam Legatarius, viuo Testatore, acquisierit ex alia causa; quoties causa fuerit Onerosa, potest petere, & consequi rei pretium §. si res. 6. Inſt. h. t. l. huiusmodi. 84. l. si a substituto. 45. ff. de leg. 1.: si causa fuerit Lucratiua, vel recepit solam æstimationem rei, & adhuc potest petere rem dict. §. si res: 6. Inſt. h. t. l. tantùm. 88. ff. de verb. signif.; vel recepit rem ipsam, & Legatum euanescit; quia duæ causæ lucratiuæ in eundem hominem, & eandem rem concurrere non possunt d. §. si res aliena. verſ. nam traditum. Inſt. eod. l. 17. & l. 19. ff. de oblig. & act. quia concursus duarum causarum lucratiuarum circa eandem rem, & personam, est species liberationis h. Quòd si ex causa Onerosa solam proprietatem emit, & ex lucratiua vsumfructum acquirat; adhuc potest fundi æstimationem petere, deducto vsufructu §. si cui fundus. Inſt. de legat.

VIII. Sufficit quælibet minima vtilitas, ad hoc vt Legatum aliàs inutile valeat l. si debitor. 11. l. legaui. 25. §. contra. ff. de liberat. legat.: sic licèt Debitor inutiliter leget Creditori, quod eidem debet, valet tamen Legatum, si aliquid ampliùs sit in eo, quàm in debito i, v. g. si legatur purè, quod debebatur sub conditione, aut in diem §. ex contrario. Inſt. eod. l. debitor. 82. ff. de leg. 2. l. 13. & 14. ff. de liber. leg. Idem est, si legato eius, quod debetur, adijciatur modus facilior l. si creditori meo. 18. ff. de leg. 1. l. si mulier. 3. §. 2. de leg. 3. Sic vtile est Legatum dotis vxori; quia Actio ex legato est plenior, quàm ex dote §. sed si vxori. Inſt. de leg.: & hæres, qui aliàs habet annum ad soluendam dotem consistentem in quantitate, statim tenetur eam soluere vbi legata est l. vn. §. 7. C. de rei vxor. act. k.

IX. Legatum Debiti factum creditori, si exprimatur certa summa, subsistit, licèt nil debeatur l. 75. §. 1. ff. de legat. 1. quia Testator vo-

e Sutholt. differt. 10. n. 38.
f Hoc casu debetur æstimatio, licèt res sine solemnitate sit inalienabilis V. Maresc. lib. 2. var. c. 105. per tot.
g Hos casus collegit Gomez. lib. 1. variar. resol. cap. 14. n. 13.
h V. Vinn. Inſt. de legat. §. si res aliena. n. 2.
i Vide Echolt. ad tit. ff. de liberat. legat. §. 2.
k V. Sutholt. differt. 10. n. 34. & Echolt. ad tit. ff. de dot. prælog.

luit,

fuit, & potuit se obligare ad quod non debuit; ideoque falsa demonstratio non vitiat: quòd si legat quod Tertius sibi debet, si is nil debet, Legatum corruit *d. l. 75. §. 2.* quia Testator non voluit se obligare, sed præsuppositam obligationem in alium transferre. l. Legatum Generis [m] est inualidum, si patiatur nimiam incertitudinem, v. g. si legetur Fundus in genere *l. cum post. 69. §. 4. ff. de iur. dot.*: est autem vtile, si possit ad certitudinem reduci *l. si domus. 71. in pr. de leg. 1.* [n]. Cum Legato Generis concurrit Legatum Optionis, seu Electionis *de quo tot. tit. ff. de opt. vel elect. leg.* In vtroque Electio est Legatarij, nisi Testator contrarium voluerit *§. si generaliter. Inst eod. l. 108. §. 2. de leg. 1 l. 2. in pr. & §. 1. de opt. vel elect. leg.* Hæc contraria voluntas erùitur, si verba ad hæredem, non ad legatarium sunt directa *l. 29. §. 1. de leg. 3. l. 43. §. fin. ff. de leg. 2.*: præsumitur etiam in Legato quantitatis *l. cum certum. 4. de trit. vin. & ol. leg.*; & vbi certum aliquid testator legauit, sed non constat, de quo senserit *l. 31. §. 1. & l. 37. §. 1. de leg. 1.* [o]. Differt tamen Legatum Optionis a Legato Generis; quia in primo datur Legatario Electio expressa; in secundo tantùm tacita: in legato Optionis licet eligere optimum *l. 9. §. 1. ff. de dol mal.*; in Legato Generis tantùm mediocre *l. 37. in pr. ff. de leg. 1.* [p].

X. Vbi Legatum est Quantitatis, si hæc legata est simpliciter, debet indistinctè præstari ab Hærede *l. si pecunia. 12. de leg. 2. l. quidam testamento. de legat. 1.*: si verò sub relatione ad aliqua Bona, ex quibus Quantitas legata sit retrahenda; si reductus bonorum designatorum deficiunt, vel alia Bona expressa sunt demonstratiuè, & Heres tenetur supplere Quantitatem legatam *l. Lucius Titius. 12. ff. de alim. vel cibar. legat. l. Paula. 27. §. fin. de leg. 3.*; vel expressa sunt taxatiuè, & non tenetur *l. cum certus. 5. ff. de trit. vin. vel ol. leg. l. si quis seruum. 8. §. 2. de leg. 2. l. si debitor. 39. ff de contrab. empt.* [q]. Vtrumque pendet a coniecturis; a qualitate Hæredis instituti, & Legatarij: in dubio sumitur interpretatio pro demonstratione; præsertim quando legata est Quantitas piæ Causæ [r].

l V. *Tutor. v. debitor. ax. 11. & 12. & Eckolt. cit. tit. de dot. prælog. §. 2.*

m Apud Iurisconsultos Genus est idem ac Species infima Philosophis; Species verò idem ac Individuum *Harpp. ad §. si generaliter. 22. Instit. de legat. Eckolt. ad tit. ff. de opt. & elect. leg. §. 2.*

n *Sutholt. differt* 10. *n.* 52.

o V. *Eckolt. de opt. vel elect. leg. §. 4.*

p Vide *Sutholt. differt.* 10. *n.* 54. & 55. *Eckolt. ad tit. ff. de opt. vel elect. leg. §. 3.*

q V. *Gothofred. in not. ad d. l. si debitor. de contrab. empt. Eckolt ad tit. ff. de legat. §. 11.*

r *Deluc. de legat. disc.* 14. *per tot. & disc.* 20. *& 27. per tot.*

XI. Si

XI. Si legata est Quantitas annua, vel menstrua, hoc est in singulos annos, vel singulos menses *vt tot. tit. ff. de ann. & menstr. legat. etc.* Legatum primi anni, nisi resistat specialis circumstantia, est purum; ac proinde debetur statim ab initio anni: reliquorum verò annorum, est Conditionale *l. si in singulos annos. 4. l. cum in annos. 11. ff. de ann. & menstr. leg. etc.* s. Verius tamen est, Quantitatem annuam, licèt in singulos annos distributam, esse vnicum, & semper Purum Legatum quò ad actionem; licèt quo ad exactionem sit purum tantùm quò ad primum annum, & censeatur in diem quò ad cœteros *l. 12. §. 4. & l. 20. & l. 26. ff. quand. dies legat. cedat.* t. Hæc Legata annua regulariter sunt Personalia *cit. l. 20. quand. dies leg. etc.* u.

XII. In quibuslibet Legatis constare debet, de qua Re senserit Testator: in dubio standum est iudicio hæredis *l. legato. 37. §. 1. ff. de legat. 1. cum alijs concord. sub d. tit.* Vbi constat de Re, nec Error in nomine, nec falsa Causa, aut Demonstratio per se nocet Legato *§. siquidem. 29. §. huic proximus: 30. §. longè magis. Inst. de legat.* x.

Variæ Formæ Legandi.

XIII. Possunt legari vel singulæ Res singulis Personis; vel plures Res vni Personæ; vel vna, & eadem Res pluribus Personis. Quando legantur singulæ Res seorsim singulis Personis, nullus datur concursus Legatariorum inter se; adeoque, deficiente vno ex singulis Legatarijs, eius Legatum non accrescit cœteris, sed remanet in Hæreditate *l. huiusmodi. 86. §. quibus ita. 12. ff. de leg. 1.*: deficit enim Coniunctio, quæ est fundamentum Iuris accrescendi *l. quotiens. 1. in pr. ff. de vsufr. accresc.* In hoc Legata differunt ab Hæreditate; quia Hereditas non pendet a sola Voluntate testatoris, sed a Lege: idcircò ne offendatur regula Iuris statuens, quòd nemo decedat partim testatus, partim intestatus *l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. l. interdum. 13. §. 1. ff. de hæred. inst.*, quanuis plures Hæredes non sint coniuncti a Testatore, sed plures seorsim instituti, si vnus ex ijs deficiat, necessariò eius Portio accrescit non defi-

s *Eckolt. ad tit. ff. de ann. & menst. leg. & fideic. §. 2. Vinn. ad tit. Inst. de verb. oblig. §. at si ita. n. 4. Gothofred. ad l. si in singulos. ff. de ann. & menstr. leg.* penes quos habetur, quòd aliud est in Contractibus.

t *Ozer. ad tit. Inst. de verb. oblig. §. at si ita. n. 6. Manz. ibid. num. 2. & 31 Bachou. ibid.*

u Vide *Tabor. loc. comm. Tit. de legato axiom. 10.*

x *Sutholt. dissert. 10. ad Inst. n. 56.*

cienti *l. vn. §. vbi ita.* 10. *C. de caduc. toll.* Diuersum est in Legatis, quæ pendent a sola voluntate Leganris; ac proinde vbi non adest Coniunctio, nulla supereſt ratio, ex qua Legatum alicuius deficiens accreſcat alijs Legatarijs *l. ſi duobus.* 16. *§. vlt. l. planè.* 54. *§. ſi duobus. vnde inde dicitur & l.* 119. *§.* 1. *de leg.* 1. *l. Mæuio. in pr. de leg.* 2. *§. ſi eadem. Inſt. de legat. l. vn. §. vbi autem.* 11. *C. de cad. toll.* v.

XIV. Quando Res eadem legata eſt pluribus, vel etiam plures Res pluribus, ſed Coniunctim; tunc vel Legatum fit Coniunctim in ſpecie, hoc eſt ſub vnico verbo; & plures Legatarij dicuntur Coniuncti re, & verbis *d. triplici.* 142. *ff. de verb. ſignif.* In hoc caſu partes ſtatim fiunt ab initio *l. planè.* 34. *§. ſi coniunctim. ff. de legat.* 1. & vno ex Legatarijs deficiente, eius Portio cedit alteri per Ius accreſcendi, ſed cum ſuo onere *l. vnic. §. vbi autem.* 11. *C. de caduc. toll.* Vel fit Diſiunctim, hoc eſt repetito verbo *d. l. triplici.* 142. *de verb. ſignif. §. ſi eadem res.* 8. *Inſt. de legat.*; tunc Totum ab initio cuique ex Legatarijs in ſolidum competit, neque fiunt partes, niſi quando ſinguli concurrunt *d. l. vnic. §. vbi autem.* 11. *C. de caduc. toll.* [a]: hinc, vno non concurrente, ſeu deficiente, cæteri recipiunt Totum per Ius non decreſcendi, abſque onere, deficienti, & non concurrenti impoſito *cit. l. vn. & §. vbi autem. verſ. & ideo. C. de caduc. toll.* Quid dicendum ſit; quando pluribus legatur Coniunctione meræ verbali, vide apud Doctores [b].

XV. Sæpe eadem Res reperitur legata vel pluries ab eodem Teſtatore, vel etiam a diuerſis Teſtatoribus. Si eſt Species, & legata ſit vni a diuerſis, poteſt Legatarius ab vno priùs petere Æſtimationem, & deinde ab altero Rem ipſam: non verò priùs ab vno Rem, & deinde ab altero Æſtimationem *l. §. ſi res aliena. Inſt. de legat. l. planè.* 34. *§. ſed ſi.* 2. *ff. de legat.* 1.

XVI. Si eadem Res legata eſt pluries ab vno Teſtatore eidem Legatario, non niſi ſemel debetur *d. l. planè. §.* 1. *ff. de legat.* 1.; quia Teſtator creditur tantùm ſæpiùs manifeſtaſſe ſuam voluntatem circa eandem rem *l. ſi tibi.* 86. *§.* 1. *de legat.* 1. *l. Mæuius.* 6. *§.* 1. *de leg.* 2.; niſi manifeſtò conſtet de voluntate multiplicandi Legatum *l. ſi plu-*

y Videantur *Bellon. de iur. accr. cap.* 3. *quæſt.* 1. & 2. *cap.* 6. *quæſt* 20. & *paſſim. Eckolt. ad tit. ff. de uſufr. accr. §.* 4. & 6. *Sutholt. diſſert.* 10. *§.* 60.

z *Caim. de iur. accr. cap.* 14. *per tot.*

a *Caim. de iur. accr. cap.* 10. *per tot.*

b *Harpp. ad §. ſi eadem res. Inſt. de leg. ex n.* 9. *Caim. de iur. accreſc. cap.* 12. *per tot. Eckolt. & Add. ff. de uſufr. accreſc. §.* 7. *Sutholt. diſſert.* 10. *n.* 67. Circa hæc omnia V. latè *Manz. ad §. ſi eadem res. Inſt. de legat.*

ribus.

ribus. 33. *de leg.* 1. *l. quid egro*. 35. *§.* 2. *ff. eod. l. si alij*. 42. *in fin. ff. de vsufr.* Quando ſæpiùs legata eſt vni eadem Quantitas, in dubio non præſumitur Multiplicatio *d. l. planè*. 34. *§.* 3. *de legat.* 1.: quare onus eſt Legatarij, probare voluntatem multiplicandi. Talis voluntas coniecturatur, quando eadem Quantitas diuerſis ſcripturis eſt eidem legata *l. quinquaginta*. 12. *de probat.*, vel quando Teſtator variauit Modum legandi in quantitate, qualitate, cauſa, loco, tempore, conditione etc. *l. ſi quis ita*. 3. *§. cum Titio*. 10. *& l. cum centum*. 9. *ff. de adim. vel transfer. leg.* c.

XVII. Legatum relinqui poteſt Purè, ſub Conditione, ſub Modo, ſub Die, ſub Pœna *per totis titulis ff. quando dies leg. ced., de condit. & demonſtr. etc., de his, quæ pœnæ cauſ. etc.* Conditio differt a Modo, quia Conditio antequam exiſtat, impedit acquiſitionem Legati *l. qui hæredi*. 44. *§. fin. ff. de condit. & demonſtr.*: at Modus non impedit, cum Legatum ſit purum *l. libertas*. 17. *§.* 2. *ff. de manumiſſ. teſtam.*; ſed ſolùm debet impleri poſt Legati præſtationem: & pro eo implendo, debet præſtari Cautio *l. quibus*. 40. *§. fin. l. eas cauſas*. 80. *ff. de cond. & demonſtr. l. ſi tibi*. 19. *de legat.* 3.; modò non fuerit Modus adiectus cauſa Legatarij *l. Titio*. 71. *in pr. de cond. & demonſtr.* d.

XVIII. Dies validè apponitur Legato, tam vt terminus a quo, quàm vt terminus ad quem *l. legatis*. 1. *in pr. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi cui legetur*. 49. *de leg.* 1. *& paſſim l. vlt. C. de legat.* Per hoc Legatum differt ab Inſtitutione, quæ nequit fieri nec a die, nec ad diem *l. hæreditas ex die*. 34. *ff. de hæred. inſt. §. hæres. Inſt. eod.*; quia in Legato non repugnant rationes, quæ obſtant Inſtitutioni e.

XIX. Pœna Caducitatis f adiecta Legato, non ſolùm ſupponit contrauentionem, ſed talem, quæ ſit ex dolo, & malitia g. Æquiparatur magis Modo, quàm Conditioni, cum non impediat acquiſitionem, ſed retentionem, poſt declaratam tamen caducitatem h. Antequam hæc Caducitas ſit intentata, plerunque etiam poteſt purgari mora i.

c *Sutholt. d. diſſert.* 10. *n.* 27. *& duob. ſeqq.*
d *Eckelt. ad tit. ff. de condit. & demonſtr. §.* 8.
e *Bellon. de iur. accr. cap.* 7. *quæſt.* 18. *n.* 9. *& duob. ſeqq.*
f De Legato Pœnæ nomine relicto *V. tit. ff. & C. de his, quæ pœn. nom. §. fin. Inſt. de legat.* & ibi *Vinn. & Harpprecht.*
g *Deluc. de legat. diſc.* 29. *n.* 9. *& diſc.* 57. *n.* 6.
h *Deluc. cit. tit. de Legat. diſc.* 29. *n.* 5. *& 6. & diſc.* 57. *ſub n.* 3.
i *Deluc. de Legat. vit. diſc.* 57. *n.* 3. *& 4.*

Digitized by Google

Incrementum, & Decrementum Legati.

XX. LEgatum, postquam ordinatum est in Testamento (in quo nihil refert, an post, vel ante hæredis Institutionem §. *ante hæredis. Inst. eod. l. ambiguitates*. 24. *l. præposteri*. 25. *C. de testam.*) potest vel decrescere, vel augeri. Quando decrescit, si Legatum est in specie, decrescit Legatario, illique debetur quod superest *l. non ampliùs*. 26. *l. cum res*. 47. §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. omnia*. 32. §. *species*. 5. *de legat.* 2.: si consistit in Quantitate, idem est quod dictum supra, si Quantitas soluenda sit ex certo, & designato prędio taxatiuè *l. in ratione*. 30. §. *certis verò*. 4. *ff. ad l. falcid.*; tunc enim Legatum Quantitatis debetur tanquam Species *l. sed si certos*. 41. *ff. de legat.* 1. Idem procedit quando legatur Res, quæ sui natura recipit augmentum, & deminutionem, v. g. Peculium, Ædes, Grex, & quid simile, de quibus *in* §. *si grex*. *in* §. *si ædibus*. *in* §. *si peculium Inst. de legat. & in l. grege*. 21. *l. si grege*. 22. *l. seruum*. 44. §. *si areæ*. 4. *de legat.* 1. *l. denique*. 8. §. *vlt. ff. de pecul. leg. l. cœtera*. 41. §. 9. & *seqq. de leg.* 1. Extra Res huiusmodi generis, Regula est, quòd Legatum comprehendit tantùm ea, quæ erant tempore testamenti *l. si ita legatum*. 7. & *l. fin. ff. de aur. & arg. leg.*; augmentum verò postea secutum cedit Hæredi: fallit tamen Regula in Legato facto Personæ coniunctæ, vel Causæ piæ [k].

Ademptio Legatorum.

XXI. EA fit voluntate contraria Testatoris. Hęc non solùm est expressa ex Verbis *l. fundo*. 2. *ff. de adim. vel tranf. leg.*; sed etiam tacita ex Factis, v. g. ex Inimicitia capitali superueniente *l. si quis*. 3. *in fin. ff. eod.*, quæ non fuerit reconciliata *l. quod si*. 4. *ff. eod.*; ex voluntaria Alienatione Rei legatæ, non autem ex necessaria §. *si rem suam*. *Inst. de leg. l. rem*. 18. *l. legatum*. 24. §. 1. *ff. eod.*; ex Ademptione Modi, at non Conditionis adiectis legato, vt de primo est text. in *l. alumnæ*. 3[illegible] §. *ab hæredibus*. *ff. de adim*

k *Mart. Vot. Pis. c. per tot. Sabell.* §. *legatum*, *sub n.* 23. & 56.
Ad materiam huius numeri videantur *Vinn. & Harpprecht, ad* §. 16. 17. & 18. *Inst. de legat.*

leg.

leg. de secunda *in l. si quis seruum. 53. ff. de cond. & demonstr.* l; ex Translatione de vno ad alium *l. sicut. 5. l. translatio. 6. ff. de adim. vel transf. leg. §. 1. Inst. de adempt. legat.*; idque procedit quanuis translatio facta fuerit ad incapacem. *l. planè. 34. in pr. ff. de legat. 1. l. licèt. 20. ff. de adim. vel transf. legat.* m. Debet tamen constare de animo transferendi *l. si pluribus. 33. de legat. 1. l. cum quæstio. 23. C. de legat.*; qui in dubio, cum non præsumatur, probandus est a nouo Legatario n. Non tamen inducitur tacita Ademptio ex Oppignoratione Rei legatæ facta a testatore *d. §. si rem suam. Inst. de legat. l. qui post testamentum. 3. C. de legat.*

XXII. Expresse admitur Legatum ordinatum in Testamento, etiam validè in Codicillis *princ. Inst. de adim. vel transf. legat.*: & ad hanc Ademptionem non requiruntur Testes ex solemnitate, sed sufficiens est numerus deseruiens ad probationem o; quanuis non desint qui exigant tot Testes ad adimendum, quot requiruntur ad relinquendum Legatum; ex eo quia non minùs fraus interuenire potest in adimendo, quam in dando p.

Effectus Legatorum.

XXIII. PRimus est, quòd Dominium rei legatæ statim a morte Testatoris rectà transeat ad Legatarium, etiam ignorantem *l. cum pater. 77. §. 3. l. legatum. 80. ff. de legat. 2.*: id tamen explicant plerique de Dominio ciuili, quod eget confirmari per Traditionem Hæredis q. In hoc Dominium rei legatæ differt ab ipsius Possessione: primum transit ipso iure; altera nec transit ipso iure, sine Facto Legatarij r. Si Testator permiserit Legatario, Rem legatam propria auctoritate occupare, id intelligitur, si hæres non reclamet; alioquin Legatarius tenetur de vi s. A Regula, quòd

l *Harpprecht. ad §. transferri. Inst. de adempt. legator. n. 11.*
m *Manz. ad §. transferri. Inst. de ademp. & translat. legat. n. 4.*
n *Eckolt. ad tit. ff. de adim. vel transf. leg. §. 6.*
o *Manz. ad tit. Inst. de adempt. & translat. legat. n. 5. Vuesemb. ad tit. ff. de adim. vel transfer. legat. n. 3. Harpprecht. Inst. de adempt. legator. in pr. n. 5.*
p *Add. ad Manz. qui supra. Eckolt. ad d. tit. ff. de adim. vel transf. leg. §. 3.*
q V. Textus apud *Sutholt. dissert. 10. ad Inst. n. 74.*; Rationes apud *Manz. §. sed si. m. Inst. de legat. ex n. 23. Eckolt. de legat. §. 17.*
r *Sutholt. dissert. 10. n. 75.*
s *Ant. Matth. de Crim. tit. de vi bon. rapt. c. 2. num. 3. V. Vuesemb. ad tit. ff. Quorum legat. n. 3. & 4.*

Legatum

Legatum rectà via ab obitu Teſtatoris tranſeat in Legatarium, excipitur Legatum Liberationis debiti, factum ipſi Debitori; nam remiſſio iuris debet fieri ab Hærede *l. liberationem. 3. §. 3. ff. de liberat. legat.* Excipitur item Legatum nominis debitoris, factum alteri, extra Debitorem; nam & hæc translatio iurium debet fieri ab Hærede *l. ſi ſic legatum. 75. §. 2. ff. de legat. 1. l. ex legato. 18. C. de legat. §. tam autem. 21. Inſt. eod.* Excipitur pariter Legatum Optionis; in quo Dominium non tranſit in Legatarium ante optionem *l. apud Auſidium. 20. ff. de opt. vel elect. leg.*

XXIV. Alter præcipuus Effectus Legati eſt, quòd ad conſequendam Poſſeſſionem rei legatæ competit Actio perſonalis, & vlteriùs Rei Vendicatio, & Hypothecaria *§. ſed olim. 2. verſ. noſtra autem. Inſt. de legat. l. cum hi. 1. l. ſi duobus. 3. §. ſed quia. 2. C. commun. de legat.*: at hæ Actiones competunt electiuè, non cumulatiuè *l. cum filius. 76. §. varijs. 9. de legat. 2.* [t]. In Legato tamen Facti, Generis, vel Rei alienæ datur non Rei vendicatio, ſed Actio perſonalis ex teſtamento, & Hypothecaria [u]: & hęc vltima competit contra quæcunque bona Teſtatoris, excepta re ipſa legata *l. neque pignus. 45. ff. de reg. iur.* [x].

XXV. Poteſt etiam (& ſic de facto ſeruatur in pleriſque Tribunalibus, præterquàm in Rota romana [y]) peti Legatum Via executiua, hoc eſt remedio *l. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll.*: nam hæc Lex, cum diſponat de Teſtamento, quod eſt Principale, debet etiam admitti in Legato, quod eſt teſtamenti Acceſſorium; cum illo tantùm diſcrimine, quòd remedium d. l. in Teſtamento eſt Directum, in Legato eſt Vtile [z].

XXVI. Cum Legata poſſint ordinari nedum in Teſtamento *arg. l. 1. ff. de legat. 1. §. 3. Inſt. de legat.*, ſed etiam in Codicillis *arg. §. 1. Inſt. de codicill. l. 75. ff. de legat. 2.*, & in his poſſint etiam ordinari Fideicommiſſa *l. 1. & l. 4. C. de codicill. §. 1. & 2. Inſt. eod.*, appendicis loco ſciendum eſt, quòd Codicilli in pluribus differunt a Teſtamento: quia in Codicillis directa Hæreditas nec dari, nec adimi poteſt *d. l. 2. C. de codicill. §. 2. Inſt. eod. l. quod per manus. 10. ff. eod.*, quanuis, ſi detur, obliquetur, ſeu reſoluatur in Fideicommiſſum

t *Manz. §. ſed olim. Inſt. de legat. ex num. 20. Eckolt. ad tit. de legat. §. 19.* V. tamen *Vinn. ad §. ſed olim. 2. Inſt. de legat. ſub n. 4.*

u *Eckolt. cit. §. 19.*

x *Harpp. ad d. §. ſed olim. Inſt. de legat. ex n. 19. Vinn. ibid. n. 4.*

y *Deluc. de legat. in ſumm. n. 39.*

z *Eckolt. ad cit. tit. de legat. §. 22.*

l. ſi

Digitized by Google

l. si ei. 2. §. 2. ff. de iur. codicill. arg. l. 3. ff. de testam. milit.; quoties tamen non constet, Codicillantem voluisse testari [a]: sufficiunt in Codicillis quinque Testes *l. si quis. vlt. §. fin. C. de codicill*, quos nihil interest cuius sexus sint *arg. l. 1. §. 1. & l. 18. ff. de testib.* [b]: Codicilli non reuocant primos *§. codicillos. fin. Instit. de codicill. l. 6. §. 1. ff. de iur. codicill.*, vt secundum Testamentum reuocat primum *§. 1. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. 2. ff. de iniust. rupt. etc.* [c]: sustinentur, etiamsi non sint expresse Testamento confirmati *§. non tantùm. 1. Inst. de codicill. l. 3. §. vlt. l. 16. ff. de iur. codicill.* [d]: habent etiam locum ab intestato *l. 3. l. 8. in pr. & §. 1. l. 16. ff. de iur. codicill.*, modò non resistat impedimentum Iuris circa factionem actiuam Testamenti, vt in Pupillis, Deportatis etc. [e]: & virtute clausulæ codicillaris adiectæ Testamento, gratiatur Hæres ab intestato, vt restituat hæreditatem Iure obliquo, heredibus scriptis, cum detractione Trebellianicæ, quando ijsdem non competit Legitima; clausula quippe codicillaris sustinet Testamentum, licèt ipso iure nullum, modò sit nullum ratione Solemnitatum, non verò ratione Voluntatis *l. 29. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. fin. §. 1. C. de codicill. l. 29. C. de fideic. l. 76. ff. ad S. C. Trebell.* [f].

a *Manz. §. codicillis. Inst. de codicill. n. 10. Harpp. ad eund. §. 2. ex n. 11.*
b *V. Eckolt. ad tit. ff. de iur. codicill. §. 9.*
c *V. Eckolt. ad tit. ff. de iur. codicill.* vbi quòd priores Codicilli tolluntur posterioribus, si sint ad inuicem contrarij, per *text. in l. 3. C. de codicill. Vinn. ad §. fin. Inst. de codicill.*
d *Vinn. ad §. 1. Inst. de codicill.*
e *Otto Tabor. in l. comm. Iuris. V. Codicillus ax. 2. Eckolt. ad tit. de Iur. codicill. §. 5.* vbi conciliantur Iura, quæ videntur ad inuicem pugnare.
f *Eckolt. ad cit. tit. ff. de iur. codicill. §. 12. & §. 13. Manz. Inst. de codicill. n. 9. & 10. Gothofred. in not. ad l. fin. C. de codicill. n. 30.*

§. XI.

Ius in Re ex Successione ab Intestato.

I. SVccessio ab intestato dicitur Legitima, quia eam Lex sola defert absque facto Hominis *l. legitimam. 8. ff. de petit. hæredit. l. 2. §. legitima. de suis, & legit. hæred. l. 3. §. 2. ff. pro soc.* [a]: imò non habet locum nisi cessante facto Hominis,

a *Harpp. ad pr. tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. n. 3.*

hoc

hoc est quando quis decedit Intestatus *l. quandiu. 89. de reg. iur. l. quandiu. 39. de acquir. vel amitt. hæred. l. antequam. 8. C. comm. de succeſſ.*; cessante enim prouisione Hominis, incipit prouisio Legis [b].

II. Dicitur decedere Intestatus, non solùm qui Testamentum non fecit, sed & qui fecit, sed non iure; vel, si iure fecit, postea infirmatum est, vel destitutum *pr. Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. l. 1. in pr. ff. de suis, & legit. hæred.*; vel etiam non solùm qui noluit, sed qui non potuit *d. l. 1. in pr. ff. de suis, & legit. hæred.*; cum hac differentia, quòd qui noluit, dicitur Intestatus; qui non potuit Intestabilis. Hi duo tamen, quò ad effectum, parificantur: unde verius est, quòd Dispositio loquens de Intestatis, comprehendat etiam Intestabiles ad *text. in l. sciant. 10. C. de legit. hæred. & l. pater. 14. §. 3. ff. ad l. Falcid.* [c].

III. Hodie Successio Legitima regulatur tantùm Iure nouissimo Iustiniani, nempe Authenticorum, in *Nouell. 118.*; in qua statuitur triplex Ordo succedendi ab intestato; per quos videtur hæc Successio deferri quodam Iurè sanguinis, & familiæ *l. 2. §. 4. ff. de suis, & legit.* [d].

Successio Descendentium.

IV. HÆc habet primum locum, ad exclusionem Ascendentium, & Collateralium; quia Liberos votum commune Naturæ, & Parentum præeligit ad Successionem *l. scripto. 7. in fin. ff. vnd. lib.*: nec obstat æqualitas Gradus; quia Amor descendit, non ascendit *l. scripto. 7. in fin. ff. si tabul. testam. null. extab.* [e].

V. Descendentium nomine veniunt omnes Liberi ex iustis nuptijs, cuiuscumque Sexus, & Gradus *Nouell. 118. c. 1. in pr. & §. 1. auth. in successionem. C. de suis, & legit.*, imò & Posthumi [f]; & tam Sui, quam Emancipati *d. Nouell. 118. c. 1. in fin. d. auth. in successionem. C. de suis, & legit.* (quanuis adhuc Emancipati hæreditatem acquirant non per Immixtionem, sed per Aditionem; & hæreditatem nondum aditam transmittant tantùm ex Iure sanguinis, non ex

b *Otho Tabor. in axiom. v. successio. axiom. 2.*
c *Sutholt. dissert. 11. n. 3. Vinn. ad pr. tit. Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. n. 1. Harpp. ibid. ex n. 526.*
d *Harpp. loc. cit. ex n. 50. Vinn. ad calcem tit. Inst. de succeſſ. cognat. De succeſſ. liber. n. 1.*
e *Tabor. in loc. comm. v. successio. axiom. 3. Manz. ad pr. tit. Inst. de succeſſ. ab intest. n. 3.*
f *Manz. eod. tit. Inst. de succeſſ. ab int. §. 1. n. 73.*

Iure

Digitized by Google

ſure Suitatis g), vt etiam veniunt Legitimati & per ſubſequens Matrimonium, modò ſint nati ex muliere, cum qua non erat prohibitum Matrimonium *Nouell.* 89. *cap.* 8. *Nouell.* 12. *cap. fin. l. nuper. C. de natural. liber. l. cum quis. eod.*, & etiam per Reſcriptum, ſi ſint legitimati ante exiſtentiam Legitimorum *Nouell.* 74. *cap.* 2. & *Nouell* 89. *cap.* 9.; nam Legitimati poſt horum exiſtentiam non veniunt; niſi legitimati ſint cum clauſula - Non obſtante etc. *arg. l.* 2. & 3. *ff. de nat. reſtit. l.* 2. *in fin. C. de iur. actr. am. etc.* h. Veniunt etiam Adoptati ab Aſcendente, & multò magis Arrogati, quandiu non emancipentur §. *inteſtatorum. &* §. *ſed ea omnia. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. l.* 10. *C. de adopt.*; Monachi profeſſi in Religione capaci Bonorum in communi, ex quorum perſona Monaſterium habetur loco Filij *l. Deo nobis.* 56. §. *hoc etiam. C. de epiſc. & cler. arg. clem. exiui. de verb. ſignif.* i.

VI. Non veniunt autem Adoptati ab Extraneo, niſi ad effectum, vt ſuccedant ab inteſtato ſoli Patri adoptiuo, non verò cæteris Agnatis, vel Cognatis Adoptantis *l. penult.* §. 1. *in fin. C. de adopt.*: nec Naturales, id eſt ſuſcepti ex Concubina; nam hi ſuccedunt quidem Matri, & omnibus Aſcendentibus per lineam maternam, etiam vnà cum alijs Legitimis §. *nouiſſimè.* 3. *Inſt. ad S. C. Orfician. l.* 5. §. *ſin autem. C. eod.*, quanuis Mater ſit Illuſtris k; at non ſuccedunt Patri, nec Aſcendentibus paternis *Nouell.* 18. *cap.* 5. *Nouell.* 89. *cap.* 12. Si enim Pater inteſtatus relinquat alios Filios legitimos ſimul, & naturales, tantùm ſunt alendi Naturales arbitrio boni viri; & idem procedit ſi relinquat legitimam Coniugem, quanuis ſine legitimis Liberis: quòd ſi nec relinquat Filios legitimos, nec legitimam Coniugem, tunc Naturales admittuntur ad duas vncias vnà cum Matre Concubina *Nouell.* 89. *cap.* 12. *in fin. Nouell.* 18. *cap.* 5. *l. humanitatis.* 8. *cum auth. ſeq. C. de natural. liber.*

VII. Pariter non veniunt Spurij, ſiue vulgò quæſiti. Hi non ſuccedunt Patri, vt quem demonſtrare non poſſunt *l. vulgò concepti.* 23. *ff. de ſtat. hom. l.* 4. *in fin. cum* §. *ſeq. ff. de in ius voc.*; vnde dicuntur Spurij, quaſi Sine patre l. Succedunt tamen Matri, & Auiæ,

g *Harpp. ad* §. *emancipati.* 9. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. n.* 5. *Tabor. in locis comm. v. emancipatio. axiom.* 4. *Sutholt. diſſert.* 11. *n.* 46.

h *Tabor. in loc. comm. v. ſucceſſio n.* 9. *Harpp. ad pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. a n.* 262. *ad n.* 280. *Manz. eod. tit.* §. 5. *& plenius ad tit.* 10. *per tot.*

i *Manz. d. tit.* 1. *de hæred. quæ ab inſt. ex n* 21.

k *Harpp. ad d. pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. n.* 269.

l *Manz. ad cit. tit.* §. 3. *n.* 69.

alijſque

alijsque Aſcendentibus maternis vnà cum legitimè natis *d. l. vnico concepti. 23. de ſtat. hom. l. quia ſemper. 5. de in ius voc. l. ſi ſpurius. 4. & l. Modeſtinus. 8. ff. vnde cogn.*; ſi tamen Mater non ſit Illuſtris; tunc enim non ſuccedunt, ſi Mater Illuſtris alios legitimos Liberos habeat *l. ſi qua illuſtris. C. ad S. C. Orfic.* m.

VIII. Nullo modo veniunt Nati ex damnato coitu. Hi ſunt qui naſcuntur ab ijs, inter quos tempore Conceptionis Nuptiæ conſiſtere non potuerunt. Horum alij ſunt Nefarij, nempe nati ex Deſcendentibus, vel Aſcendentibus; alij Inceſtuoſi, ex Conſanguineis, & Affinibus; alij Adulterini n, ex Adulterio; alij Sacrilegi, ex Monachis, & Presbyteris. Hi omnes nec Patri, nec Matri, nec veriuſque Aſcendentibus ſuccedunt *Nouell. 74. cap. 6. Nouell. 89. cap. fin. auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.*: imò de Iure ciuili neque alendi eſſent *cit. auth. ex complexu. & auth. licet. in fin. C. de natural. lib.*; quanuis de Iure canonico, ex miſeratione, alimenta iſidem concedantur *c. cum haberet. in fin. de eo qui duxit in matrim. quam poll.* o.

IX. Succeſſio ab inteſtato fit vel In capita, vel In ſtirpes. Fit in capita, quando Hæreditas diuiditur Viritim, ſeu in Perſonas, ſeu ex proprio Iure *l. 2. §. hæc hæreditas. 2. ff. de ſuis, & legit. hæred. Nouell. 118. cap. 1. §. ſi verò.* Hic Modus verificatur tantùm in Liberis primi gradus, ſeu Filijs *auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. hæred. cit. Nouell. 118. cap. 1. §. ſi verò.*

X. Succeſſio fit in ſtirpes, quando Hæreditas non diſtribuitur iuxta Numerum perſonarum, ſed habita ratione Stirpis, vnde quælibet Perſona deſcendit *cit. auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. & cit. Nouell. 118. cap. 1. ſic tamen.* Licèt in rigore Succeſſio in ſtirpes videatur exigere concurſum Remotiorum cum Proximioribus, æquando Remotiores Proximioribus per Ius repræſentationis; in Deſcendentibus tamen cæteri vlterioris Gradus vltra primum, ſemper ſuccedunt per Ius repræſentationis, ſeu in ſtirpes, in infinitum: nam ſemper repræſentant Perſonam primi Gradus; vnde in Linea Deſcendentium dici ſolet, quòd in ordine ad Succeſſionem non conſideratur Gradus, ſed Repreſentatio §. *cum filius. verſ. item. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. l. 2. C. de ſuis, & legit. hæredib.* p.

m *Tabor. loc. cum v. ſucceſſio. ax. 10. Manz. loc. cit. ex n. 69. Harpp. loc. cit. ex n 337.*

n *Adulterini*, qui naſcuntur ex Coniugata vi compreſſa; licèt ſint Spurij, ſuccedunt tamen Patri *V. ap. Echard. ad tit. ff. de his, qui not. infam. §. 7.*

o *Harpp. loc. cit. ex n. 347.*

p *Manz. ad lib. 3. Inſt. tit. 2. §. fin. n. 45. & ſeqq. Harpp. ad d. pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. ex n. 68. Vinn. ad §. cum filius. 6. Inſt. cod. Subholz. diſſert. 11. n. 50. & 51.*

Succeſſio.

Succeſſio Aſcendentium.

XI. PEndet a ſola Proximioritate Gradus, qua excluditur Remotior *auth. defuncto. C. ad S. C. Tertull. Novell.* 118. *cap.* 2. Sic Auus, vt remotior, in concurſu Matris non ſuccedit Filio [q]. Si Proximioritas concurrat in Perſonis diuerſæ Lineæ, hoc eſt paternæ [r], & maternæ, hæ ſuccedunt neque In capita, neque in rigore In ſtirpes; quia Aſcendentes diuerſæ Lineæ non deſcendunt ex vna, & eadem Stirpe: ſuccedunt ergo Per lineas, ita vt Perſonæ Lineæ paternæ occupent medietatem, & Perſonæ Lineæ maternæ aliam medietatem, quanuis ſint diſparis numeri *ead. Novell* 118. *cap.* 2. §. *ſi autem. cit. auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyll.* Sic horum Succeſſio dicitur Linearis [s].

XII. Neque in hoc caſu bona Defuncti quæſita ex Linea tantùm paterna, aut tantùm ex Linea materna, debentur illa ſolis Aſcendentibus paternis, altera ſolis maternis; ſed indiſtinctè debentur Proximioribus vtriuſque Lineæ, quia vtraque bona conſtant vnicum Patrimonium, & vnicam Hæreditatem Defuncti [t]. Diſtinctio etenim Bonorum paternorum, & maternorum conſideratur tantùm quando ſuccedunt Filij diuerſi Matrimonij, ita vt nati ex vna Matre non ſuccedant in bonis quæſitis ex Linea alterius Matris *ex l. fœminæ. C. de ſecund. nupt.* [u].

XIII. Quanuis autem vtriuſque Lineæ Aſcendentes paris gradus ex æquo diuidant Hæreditatem, in Vſufructu tamen in vita Defuncti quæſito Patri in Aduenticijs, Ius Patris remanet intactum *l. fin. §. 1. verſ. ſin verò defuncta. C. ad S. C. Tertyll.* [x].

XIV. Quando præter Aſcendentes adſunt Fratres, & Sorores vtrinque coniuncti [y], hi ſuccedunt vnà cum Aſcendentibus proximioribus

[q] *Rot. par.* 19. *deciſ.* 165. *per tot.*

[r] Aſcendentes vtriuſque ſexus vſque ad Tritauum veniunt nomine Parentum. *Fuſar. de ſubſt.* q. 365. n. 5. Aſcendentes, vbi adſunt Deſcendentes, neque ex Teſtamento neceſſariò inſtituendi ſunt; nec enim habent ius rumpendi, vel dicendi nullum Teſtamentum ſi prætereantur *Gratian. diſcept.* 350. a. n. 8.

[s] *Tabor. loc. comm. v. ſucceſſio. axiom.* 13.

[t] *Deluc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.* 11. n. 3. & 4. *Harpp. ad cit. pr. tit. Inſt. de hared. qua ab inteſt. ex n.* 373. *Manz. ad lib.* 3. *Inſt. tit.* 6. n. 35. & ſeqq. *Vinn. ad calcem tit. Inſt. de ſucceſſ. cognat. vbi de ſucceſſ. parentum n.* 1. *Suſtholt. diſſert.* 11. n. 60.

[u] *Deluc. de ſucceſſ. ab inteſt. in ſumm. n.* 22. & 23. *Manz. ad cit. tit.* 4. n. 37.

[x] *Manz. Inſt. lib.* 3. *tit.* 5. n. 80. & *tit.* 4. n. 24. *Suſtholt. diſſert.* 11. n. 62.

[y] In Fideicommiſſis ordinatis fauore Agnationis duplicitas vinculi non habetur in conſideratione in Fratribus, *vt* neque in Succeſſione Nepotum *Otthob. deciſ.* 98.

Digitized by Google

gradu, in capita, & pleno iure, hoc est ita vt Patri non acquiratur vsusfructus in eorum virili portione *cit. Nouell.* 118. *cap.* 2. *§. si autem* [z]. Quòd si cum Fratribus, vel Sororibus vtrinque coniunctis adsint Filij alterius Fratris patrem vtrinque coniuncti, præmortui, tunc per *Nouell.* 127. *cap.* 1. etiam hi Nepotes concurrunt in Successione, sed in stirpes [a]. Idem procedit quando soli Filij Fratrum similium prædefunctorum concurrunt cum Ascendentibus proximioribus [b]: & hæc opinio est receptior in praxi [c].

XV. Hucusque dicta procedunt nedum in Ascendentibus Naturalibus, & Legitimis, verùm etiam in Adoptiuis, in quorum potestatem transijt Defunctus *l. penult. §. si verò pater naturalis. C. de adopt.* In Naturalibus autem, & extraneis Parentibus, Regula est, quòd admittantur, vel non, eodem planè modo, quo ipsi Filij admittuntur, vel non ad eorundem Parentum Successionem [d]; Iura enim successionum sunt reciproca *l. si ab eo qui. 11. C. de legit. hæred.*: quòd tamen fallit in Adoptione minùs plena, per quam ab intestato Filius succedit Patri, at non Pater Filio *l. pen. §. sed ut. C. de adopt.* [e].

XVI. Vno in casu Parentes excluduntur a Successione Filij, quando adsunt Defuncti Fratres; nempe ob transitum ad secundas nuptias: nam si Mater, vel Auia plures habuerit Filios, & sine consensu Mariti defuncti, vel Liberorum ad secunda vota migrauerit, succedit Filio, seu ante, seu post nuptias mortuo ab intestato, cum Defuncti Fratribus, in solo Vsufructu paternæ substantiæ, quæ ad Filium peruenit; reseruata Proprietate reliquis Filijs primi matrimonij. Textus est *in Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. & in Nouell. 22. cap. 46. & in Nouell. 2. cap. 3. l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt.*

XVII. Idem Ius hodie inualuit in Patre transeunte ad nouas nuptias; quòd nempe succedat in solo Vsufructu bonorum, quæ ex materna substantia ad Filium peruenerunt, salua Proprietate Filijs ex præmortua vxore: nam etiam ad Virum binubum protenditur dispositio *l. fœminæ. C. de secund. nupt.* [f].

z *Manz. Inst. lib. 3. tit. 5. n. 19. & 20.*
a *Manz. ibid. ex n. 32.*
b *Manz. ibid. ex n. 41.*
c *Deluc. de success. ab int. disc. 43. n. 3.*
d Et de eis omnibus V. latè *Manz. d. lib. 3. tit. 3. ex n. 3. ad 31.*
e *Tabor. loc. comm. V. successio. axiom. 20. Manz. loc. cit. n. 41. & seqq.*
f *V. Harpp. ad pr. tit. Inst. de hæred. quæ ab intest. n. 390. & seqq. Deluc. de success. ab intest. disc. 33. per tot. & in summ. ex n. 24.*

Successio

Successio Collateralium.

XVIII. IN Collateralium ordine præferuntur Fratres, & Sorores Germani, hoc est Ambilateres *Nouell.* 84. *cap.* 1. *Nouell.* 118. *cap.* 3. *auth. cessante. C. de legit. hæred.* Hæc duplicitas vinculi spectatur in Fratribus, & sic in Successione Collateraliuum; at nunquam in Filijs, seu in Successione Descendentium g.

XIX. Etiam Filij præmortuorum Fratrum ambilaterum concurrunt cum alijs Germanis Defuncti; In stirpes tamen, & Iure repræsentationis *Nouell.* 118. *cap.* 3. *vers. si autem. Nouell.* 107. *cap.* 1. *& auth. cessante. C. de legit. hæred.*; cuius Priuilegium vltra ipsos Filios Fratrum non extenditur *auth. post fratres. C. de legit. hæred.* Succedunt etiam In stirpes quando concurrunt cum Patruo vnilatere; nam si venirent iure proprio, vincerentur a dicto Patruo vnilatere, tanquam proximiore *Nouell.* 118. *cap.* 3. *vers. vnde consequent. cit. auth. cessante. C. de legit. hæred.*; sed ita tamen vt Patruus vnius tantùm lateris excludatur h.

XX. Quòd si cesset concursus, & soli supersint Filij ex pluribus Germanis præmortuis, adhuc illi tantùm, non verò eorum Filij excludunt cœteros Collaterales i. Succedunt autem in hoc casu non In stirpes, vt voluit Accursius *in auth. cessante. C. de legit. hæred.*; qui tamen videtur sibi repugnans *in §. hoc etiam. Inst. de legit. agnat. success.*; sed In capita, vt sensit Azo *in summ. C. de legit. hæred.*; hodie receptus in Foro: quia cessat necessitas repræsentationis, & veniunt magis iure proprio, ob æqualem distantiam a Defuncto; ac excludunt alios Collaterales ex vi duplicis coniunctionis, & priuilegij, quo æquiparati sunt Germanis k. Hoc tamen Ius non extenditur ad Nepotes ex Germanis; vnde hi excluduntur ab Vnilatere proximiore *d. Nouell.* 118. *cap.* 3. *vers. huiusmodi verò. & vers. nulli* l.

g *Add. ad Manz. Inst. lib.* 3. *tit.* 6. *ad n.* 23.

h *Tabor. loc. comm. V. success. ax.* 17. *Manz. cit. tit.* 6. *n.* 28. *& seqq. Harpp. loc. cit. n.* 428. V. tamen *Add. ad Manz. tit.* 6. *n.* 54. *&* 55.

i *Manz. d. lib.* 3. *Inst. tit.* 6. *n.* 88. *& seqq.*

k *V. Altegrad. cons.* 58. *n.* 29. *lib.* 1. *Harpp. ad d. pr. Inst. de hæred. quæ ab intest. ex n.* 422. *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 6. *ex n.* 40.

l *Gothofred. b. not. ad Nouell.* 118. *cap.* 3. *num.* 16. *&* 17. *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 88. *& non nullis seqq.*

XXI. Post

XXI. Post Germanos, eorumque Filios, admittuntur Coniuncti ex vno tantùm latere *auth. post fratres. C. de legit. hæred. d. Nouell.* 118. *cap.* 3. *vers. his autem non existentibus*: & quidem etiam cum Fratribus, & Sororibus ex vno latere concurrunt Filij aliorum similium Fratrum præmortuorum, in stirpes; nam & in his habet locum Ius repræsentationis *cit. auth. post fratres. C. de legit. hæred.* [m]; & si sunt soli, succedunt in capita [n].

XXII. Si tamen concurrant Fratres Consanguinei, & Vterini, vel eorum Filij, præferuntur in Bonis paternis Consanguinei, in maternis Vterini [o]. Hæc tamen distinctio procedit tantùm in Bonis quæsitis a Linea paterna ascendente, at non collaterali [p]; & seruatur in Fratribus, eorumque Filijs, non autem in vlterioribus [q].

XXIII. Extra prædictos regulatur Successio ex Prioritate gradus, absque vllo discrimine Sexus, emancipationis *d. Nouell.* 118. *cap.* 3. & 4. *auth. post fratres fratrumq. C. de suis, & legit.* Superioritatis, vel Inferioritatis Lineæ, excluso omni Iure repræsentationis *d. Nouell.* 118. *cap.* 3. §. *vlt. & d. auth. post fratres fratrumque filios. C. de suis, & legit. hæred.* Ius autem succedendi in Collateralibus limitatur ad decimum Gradum Cognationis in genere, iuxta Computationem Ciuilem; quæ, & non canonica, attenditur in Materia Successionum [r]. Et limitationis ratio est, quia extra decimum Cognationis gradum Natura non patitur, Cognatorum vitam consistere *l. non facile* [illegible] *in pr. ff. de grad. & affin.* [s].

m *Manz. d. lib.* [illegible] *tit.* [illegible]
n *Manz. ibid.* [illegible] *n.* 10.
o *Harpp. loc. sæpe cit. ex n.* 441. *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 1. *& seqq. Deluc. de success. ab intest. in summ. ex n.* 151.
p *Manz. d. tit.* 9. *n.* 7. *Harpp. cit. n.* 441.
q *Manz. ibid. n.* 9. *& seqq.*
r V. *Manz. ad tit. Inst. de gradib. cogn. per tot.*
s Vide circa hoc *Manz. d. tit.* 9. *n.* 31. *&* 32. V. tamen *Harpp. loc. sæpe cit. ex n.* 470.

Succes-

Successiones ab intestato ex [illegible] Ordinem

XXIV. DEficientibus singulis prædictis Ordinibus, sive locus succedendi ab intestato, primò Vir, deinde Liberi; secundò Fiscus, Vir, & Vxor sibi succedunt ex Iure prætorio, non ciuili *l. un. ff. & C. unde vir, & vxor* [t].

XXV. Vnus est casus, quo de Iure ciuili notissimo, ex *auth. præterea. C. unde vir, & ux. Nouell.* 117. *cap.* 5. *Nouell.* 53. *cap.* 6. sibi succedunt, etiam extantibus Liberis, Parentibus, & Consanguineis Defuncti intra decimum gradum. Casus est, quando Coniux præmoriens est diues, & superstes est inops. Hic succedit una cum Liberis, si sint tres, vel pauciores, in quartam partem; si sint plures, in partem æqualem: in solo tamen Vsufructu, si concurrat cum Liberis eiusdem matrimonii *Nouell.* 117. *cap.* 5.; pleno autem Iure, vbi non adsint *d. auth. præterea*: & Coniux inops superstes debet imputare in Portionem Legatum, sibi fortè a diuite relictum *cit. auth. præterea. & cit. Nouell.* 53. *in med. pr.* [u]. Nec obstat *Nouellæ Leonis* 106.; quia Leonis Nouellæ non habent vim legis [x]. Hæc Dispositio comprehendit tam Vxorem, quàm Virum *Nouell.* 53. *cap.* 5. *in fin.* [y], & habet locum & ab intestato, & ex testamento [z]. Coniux autem Inops amittit hoc beneficium per transitum ad secundas nuptias [a].

XXVI. Non solùm si Defunctus neque relinquat Liberos, neque Parentes, neque Cognatos intra decimum gradum; sed etiam si relinquat, sed incapaces [b], Successio deuoluitur ad Fiscum: Bona enim

t V. *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 11. vbi latè de huiusmodi materia.

u *Manz. lib.* 3. *tit. tit.* 12. *§.* 4. *n.* 67. *Deluc. de succes. disc.* 39. *n.* 18.

x *Manz. d. tit.* 11. *§.* 3. *n.* 47.

y Soli Vxori prospicere probat *Ant. Matth. de crim. lib. de adulterio c.* 3. *n.* 9. *ex Nouell.* 117. *c.* 5. *in fin.* Sed dato quòd dispositio comprehendat etiam Virum, is beneficium perdit occidendo Vxorem, licèt deprehensam in adulterio; quia *l. marito.* 24. *ff. ad l. Iul. de adul.* permittit occidere adulterum, non adulteram; & tantùm ob iustum dolorem ei pœna capitis remittitur. Quare in hoc casu id quod debetur Viro inopi, ab eo Fiscus aufert, tanquam ab indigno; quia hoc lucrum magis comparatur vltimis Voluntatibus, quàm Liberalitatibus inter vivos.

z *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 11. *§.* 2. *n.* 45.

a *Gothofred. ad Nouell. Leon.* 106. Alias Causas amittendi dictum beneficium tradit *Manz. d. tit.* 11. *a n.* 72. *ad* 100.

b *Manz. d. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 9.

confido-

considerantur vt Vacantia l. 1. & l. vacantia 4. C. de bon. vac. lib. 10. & cap. vn. quæ sint regal. in vsib. feud. illaque Fiscus capit non Iure hæreditario, sed Superioritatis, & in vim Regalium [c]. Ex hoc oritur, quòd cùm Fiscus nequeat considerari vt Hæres, non obtinet Ius patronatus hereditarium, quanuis id transeat cum Vniuersitate Hæreditatis [d].

XXVII. Aduertendum tamen, quòd ad exclusionem Fisci præferuntur in Successione Tutor, vel Educator, & alij, de quibus *Glos. in l. 1. C. de bon. vac.* [e].

XXVIII. Præter Successiones de Iure ciuili, datur etiam Successio de Iure prætorio, quæ dicitur Bonorum possessio, de qua *Inst. lib. 3. tit. 10.*; & *in C. lib. 6. tit. 9. & seqq.* vsque *ad* 21. inclusiuè; & *in Pandectis tot. lib. 37. & lib. 38. tit. 6. & seqq.* vsque *ad* 15. inclusiuè.

c *Manz. eod. tit. 12. n. 1. & plurib. seqq.*
d *Sabell. in summ. §. Iuspatronatus. n. 16. vers. quod quando.*
e *Deluc. de regal. disc. 149. n. 8.* vbi connumerat etiam Hospitale, quòd excludit Fiscum, & succedit Infirmo decedenti ab intestato *V. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. a n. 368. Manz. d. tit. 12. a n. 25. ad fin. Harpp. d. pr. Inst. de hæred. quæ ab intest. n. 477. & seqq. Deluc. de emphyt. disc. 32. n. 9. & 10.* vbi de emphyteusi.

SECVNDA

SECVNDA PARS IVRIS RERVM.

IVS AD REM.

§. I.

Obligatio in Genere.

I. HAbens aliquem Obligatum non habet Ius in re; quia Obligatio non facit aliquod corpus nostrum [a]: habet tamen Ius ad rem; quia est Creditor rei, quam Debitor obligatus est præstare, vel soluere *l. obligationum. 3. in pr. ff. de obligat & act.* [b]. Hæc Obligatio est in Personis subiectiuè, in Rebus obiectiuè: & ex hoc vtroque oritur Ius ad rem [c].

II. Obligatio in genere est: Iuris vinculum, quo adstringimur ad aliquid dandum, vel faciendum [d]. Ius inducens Obligationem vel est Naturale, vel Ciuile, vel vtrunque: hinc triplex statuitur Obligatio; Naturalis, Ciuilis, Mixta *l. serui. 14. de oblig. & act. §. 1. Inst. eod.*

Naturalis Obligatio.

III. ORitur ex honestatis, & æquitatis Ratione *l. Stichum. 95. §. naturalis. ff. de solut.* in qua fundatur Ius naturale, sumptum pro iure gentium *l. cum amplius. 84 §. 1. ff. de reg. iur.* Alia est Plenior, alia Minùs plena. Plenior, quòad Ius Gentium est in suo esse perfecta, & efficax; at quoad Ius ciuile non recipit plenam efficaciam, nisi accedente eiusdem Iuris ciuilis approbatione. Huius approbatio, quemadmodum & reprobatio, pendet ab æquitatis euidentiâ, emicante, vel non, in ipsâ obligatione Naturali re-

a Hoc intellige respectu Obligationis præcisè; non materiæ, in qua retinetur Ius in re; vt in commodato, etc.
Harpp. ad pr. Inst. de oblig. n. 8. & seqq.
c *Sutholt. differt. 12. n. 3. Eckolt. ad tit. ff. de oblig. & act. §. 18. & seqq. vsq. ad 24.*
d *Sutholt. d. differt. 12. n. 5. Eckolt. d. tit. de oblig. & act. §. 2.*

cepta de Iure gentium [e]. Sic Ius ciuile reprobat Obligationem, etiam Naturalem, Pupilli contrahentis absque authoritate tutoris *l. 13. & l. [illegible] ff. de condict. indeb. l. quod pupillus. 41. ff. eod.*; & Mulieris intercedentis pro alio contra S. C. Velleianum *l. [illegible]. [illegible] ff. ad S. C. Vell.*

IV. Plerunque tamen Ius ciuile ita reprobat Obligationem ex æquitate admissam a Iure gentium, vt impediat Actionem, at non Exceptionem [f]. Quare etiam Obligatio naturalis plenior, annuente Iure ciuili, retinet plures effectus fundatos in Exceptione; v. g. retentionem *l. 13. cum seqq. ff. de condict. indeb.*, compensationem *l. 6. ff. de compensat.*, nouationem *l. 1. §. 1. ff. de nouat.*, constitutum *l. 1. §. 7. ff. de constit. pec.*, fideiussionem *l. 8. §. 6. l. 16. §. 3. ff. de fideiuss.*, & exclusionem conditionis indebiti *d. l. 13. [illegible] 12. ff. de condict. indeb.*

V. Naturalis obligatio Minùs plena nec de Iure gentium, nec de Iure ciuili prodest aut ad agendum, aut ad excipiendum; sed fundatur in solo pudore, & honestate, ex principijs Iuris naturalis primæui [g]. Huius generis est Obligatio ad Antidota *l. sed & si. 25. §. consuluit. ff. de hæred. petit.*

VI. Quoties Leges ciuiles faciunt mentionem obligationis Naturalis, intelligunt de Pleniore, non de Minùs plena *l. naturalis obligatio. 10. ff. de oblig. & act. l. 38. §. 1. l. 64. ff. de condict. indeb. l. 95. §. 4. de solut.* [h]. Pariter non attendunt Obligationem, quæ sine hominis facto insinuatur a sola Natura; vt Obligatio, qua Priuatus adstringitur Reipublicæ, Pater Fillo, Filius Patri, etc.: hæ siquidem sunt Obligationes Officij, & Naturæ, non Pacti, & Conuentionis [i]. Ius ergo ciuile respicit Obligationem, per quam Ciuis consensu reciproco obligatur alteri Ciui.

e V. *Sutholt. d. dissert. 12. ex n. 14. Eckolt. d. tit. ff. de oblig. & act. §. 4. 5. & 6.*
f *Eckolt. cit. tit. de oblig. & act. §. 6. in fin.*
g *Sutholt. & Eckolt. locis mox citatis.*
h *Eckolt. loc. cit. §. 4. in fin.*
i Vide latè *Manz. lib. 3. Inst. de obligat. in pr. n. 1. & seqq. per tot. Sutholt. d. dissert. 12. n. 33. & 34.*

Ciuilis

Ciuilis Obligatio.

VII. Ea est, quæ nititur Iuris Authoritate Iuris ciuilis, at non Æquitate Iuris gentium *l. 3. §. 1. ff. de constit. pecun.*: non quia Ius ciuile aliquid statuat contra hanc æquitatem; sed quia eandem, quæ verè non adest, præsumit; ideoque durat Obligatio Ciuilis, donec exceptio defectus æquitatis probetur [k]. Tales sunt Obligatio ex Consensu nudis, vi, vel metu, aut errore inito; Obligatio inducta per Literarum obligationem, seu Syngraphan, sub spe recipiendi pecuniam mutuam, qua tamen reuera confitens fraudatus est; Obligatio, quæ nascitur ex Re iudicata, ex Iure iurando voluntario, ex Confessione in iudicio, de quibus vide *tit. Inst. de except. §. 1. & seqq. & l. maritus. 3. ff. de constit. pecun. l. nihil interest. 112. ff. de reg. iur. l. posteriorem. ff. de re iudic. l. 95. §. 4. de solut. & alibi*. Talis est denique Obligatio ad certum tempus, quo lapso, perimitur Naturale vinculum, sed adhuc durat Ciuile; quia tempus non est Modus inducendæ, aut tollendæ Ciuilis Obligationis *l. obligationum ferè. 44. §. placet. ff. de oblig. & act.*; vel ex eo, quòd tempus sit quid merè naturale, vnde nequit tollere quid ciuile [l]; vel ex eo, quòd tempus est in libero arbitrio Contrahentium, a quo Leges nolunt pendere Modos extinguendi Obligationes [m]; vel ex eo, quòd tempus nil ponit, atque adeo eius aduentus nil habet, per quod perimatur id, quod præexistit, nempe Obligatio [n].

Mixta Obligatio.

VIII. Constatur ex Ratione naturali, & Approbatione Legis ciuilis. Hec est propriè Obligatio efficax; quia parit & Actionem, & Exactionem, sileate omni Exceptione; & ei applicatur Definitio, qua *in pr. Inst. de oblig.* dicitur: Iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundùm nostræ Ciuitatis Iura [o].

k *Sustholt. d. dissert. 12. n. 22. Manz. ad d. tit. Inst. de oblig. in pr. ex n. 42. ad 60. Vinn. ad rubr. Inst. eod. n. 9.*

l *Myfing. Inst. de verb. oblig. §. ista. n. 3.*

m *Bachou. ad d. §. ista.*

n *Porc. ibid.*

o V. *Eckolt. d. tit. ff. de oblig. & act. §. 9. Sustholt. d. dissert. 12. n. 25. Vinn. ad rubr. Inst. de oblig. n. 10. Manz* plenius *loc. cit. n. 60. & seqq.*

Obligationum Diuiſio.

IX. PRimò a Cauſa efficiente Remota alia eſt Obligatio Ciuilis, alia Prætoria *§. omnium autem. 1. Inſt. de oblig.*: a Proxima, alia ex Contractu, vel quaſi; alia ex Maleficio, vel quaſi; alia demum ex varijs Cauſarum figuris *§. ſequens diuiſio. 2. Inſt. eod. l. 1. in pr. ff. de oblig. & act.*; quia dantur Actiones perſonales extraordinariæ In factum, independentes a Conuentione, & Maleficio *cit. l. 1. & l. actionum. 25. §. 1. ff. de oblig. & act.* P. Contractus, Maleficium, etc. ſunt Facti; Obligatio, quæ ex ijs deſcendit, eſt ipſum Ius. *Vid. l. 1. in pr. ff. de oblig. & act.* 9.

X. Secundò ab Obiecto Obligatio alia eſt Dandi, alia Faciendi *l. obligationum. 3. ff. de oblig. & act.* Ex obligatione Dandi Promiſſor cogitur præcisè ad rem ipſam præſtandam; nec liberatur per oblationem æſtimationis, ſeu eius quod intereſt *l. ſi domus. 71. §. 3. & 4. ff. de legat. 1. l. vbi autem. 75. §. fin. ff. de verb. oblig. l. §. ita. 25. §. 1. ff. de contrab. empt.* Ratio eſt, quia obligatio Dandi præcisè inuoluit obligationem Dominium transferendi *§. ſic itaque. 14. Inſt. de act.* r. Per obligationem Faciendi e contra Promiſſor non cogitur præcisè ad faciendum; ſed liberatur præſtatione eius, quod intereſt *l. 72. verſ. Celſus. ff. de verb. oblig.* Id tamen procedit in obligationibus Faciendi impoſitis ab Homine; at in præſcriptis ex diſpoſitione Legis, vel Teſtamenti, Factum præcisè præſtandum eſt, ſi poſſit *l. ſi voluntate. 4. C. de fideicomm. libert. l. fideicommiſſa. 11. §. fin. ff. de legat. 3. l. 1. ff. de adminiſtr. & perie. tutor.*: quod idem eſt in Factis, circa quæ poteſt Iudex ſupplere s.

p *Vid. Gothofred. ad d. l. 1. ff. de oblig. & act. in not. n. 9. & ſeqq. Echolt. loc. cit. §. 10. Vinn. ad §. 2. Inſt. de oblig. n. 3. & 4.*

q *Manz. d. lib. 3. Inſt. tit. 14. ad pr. de defin. oblig. n. 3.*

r Dare ſignificat Dominium transferre, quando datur cum cauſa, ſecus non. *Tabor. loc. comm. v. Dare. ax. 1.*

s *Deluc. de empt. diſc. 48. ſub n. 5. Manz. §. tam autem. Inſt. de legat. n. 11. & 12. Harpp. ibid. n. 70. & ſeqq. Tabor. loc. comm. v. obligatio ax. 20.*

§. II.

Contractus in genere.

I. SVb Conuentione, tanquam Genere, continetur & Contractus, & Pactum simplex *l. 1. §. 1. ff. de pact.* [a]. Si Conuentio habet speciale Nomen, est Contractus Nominatus, producens Actionem; non propter nomen, sed propter vtilitatem Commercii [b]. Si non habet certum Nomen, vel habet Causam, vel non: si habet, pariter est Contractus, quamuis Innominatus *l. Iuris gentium 7. §. 2. & 4. ff. de pact.*; si non habet, remanet nudum Pactum. Dicitur habere Causam, secundum *Glos. in d. l. 7. §. 2.*; quando vestitur Datione, vel Facto approbato in ordine ad commercium [c], seu continet Synallagma: per quam vocem significatur omne illud, quod inter duos agitur, vel geritur. Ex his Contractus definitur in *d. l. 7. §. 1. & 2.* Conuentio habens speciale nomen, aut, eo deficiente, causam [d].

II. E contra Pactum nudum est: Conuentio, quæ nec nomen habet, nec causam. Sicque caret omni fundamento ad pariendam de Iure ciuili Obligationem efficacem *d. l. 7. §. 4. & l. 45. ff. de pact. l. 10. C. eod. l. 95. §. 4. ff. de solut.*; quamuis de Iure prætorio producat Exceptionem *d. l. 7. §. 4. ff. de pact. l. creditori. 8. C. eod.* Producit tamen etiam Actionem, quando de Nudo transit in Legitimum *l. legitima 6. ff. de pact.* hoc est vel per expressam approbationem Legis; & tunc datur Condictio ex lege *cit. l. 6. ff. de pact. l. 35. C. de donat. l. 6. C. de dot. promiss.*: vel quando incontinenti adijcitur Contractui; tunc enim dicitur fieri Contractui, & esse eius pars, adeòque parit Actionem ex ipso Contractu *d. l. 7. §. quin imo. ff. de pact. l. fundi 79. de contrab. empt. l. 6. §. 1. de pact. empt. l. 11. C. de pact.* [e].

a *Vinn. ad §. sequentes 2. Inst. de oblig. n. 5.*
b *Vinn. loc. cit. sub n. 9.*
c Alij pro Causa exponunt Occasionem *V. Mascard. disq. genial. c. 54. n. 2. & V. in Capp. seqq. Vinn. loc. cit. sub n. 9.*
d *V. Struppe ad §. 2. Inst. de oblig. n. 7. & 8.*
e *V. Struppe ad §. 2. Inst. de oblig. n. 7. & 8.* Vbi quid de Pactis adiectis Contractibus stricti iuris.
Si Actus est consecutus, & celebratus, licèt non sit factus semel, & simul, attamen tamen nouum Contractum principalis *Rot. par. 19. decis. 215. n. 10.*

Contractus

Contractus Proprietates.

III. IN vnquoque Contractu considerantur Substantialia, Naturalia, Accidentalia. Substantialia [f] nunquam possunt abesse; ideoque non possunt variari a voluntate Contrahentium *l. cum precario*. 12. *ff. de precar.* Naturalia possunt, sed non solent abesse; hæc semper insunt, nisi expresso Pacto excludantur *Gloss. in l. pacta conuenta*. 72. *ff. de contrah. empt. l. ex empto*. 11. §. 1. 2. & 18. *ff. de act. empt.*: Accidentalia & possunt, & solent abesse; hæc nunquam insunt, nisi expresso Pacto includantur *Gloss. in d. l. pacta conuenta*. 12. *ff. de contrah. empt.* In vtrisque Contractus dicuntur recipere legem a Contrahentium voluntate *l. contractus*. 23. *vers. sed hæc ita. ff. de reg. iur. l. in conuentionalibus*. 52. *de verb. oblig.* [g].

IV. In omni Contractu est de Substantialibus Consensus *l. in omnibus*. 55. *de oblig. & act. l.* 1. §. 3. *vers. adeo. ff. de pact.* Hic impeditur ab Errore, si hic versetur circa Personas *l. pro emptore*. 2. § *si a furioso*. 16. *ff. pro empt.* Si verò circa Rem, vel est error Nominis, & non nocet *l. in venditionibus*. 9. §. *si in nomine*. 1. *de contrah. empt. l. si in nomine*. 32. *ff. de verb. oblig.*: vel est error ipsius Rei in ipso corpore, & substantia; & nocet *d. l. in venditionibus*. 9. §. 2. *ff de contrah. empt. l. cum ab eo*. 41. §. 1. *ff. eod.*: vel est circa Accidentia, seu Qualitates, & Contractus subsistit, concessa tamen Actione Quanti interest, si errori alter ex Contrahentibus dederit Causam *l.* 11. §. 1. *ff. de contrah. empt. l.* 11. §. 5. *ff. de act. empt.* [h]. Dolus vel dedit Causam Contractui; & tunc si Contractus est bonæ fidei impedit Consensum ex defectu Causæ finalis, & Contractus ipso iure est nullus *l. & eleganter*. 7. *in pr. ff. de dol. mal. l. in causa*. 16. §. *item*. 1. *ff. de minor.* Id procedit, si ab vtraque parte Dolus interuenerit; nam si ab vna tantùm, tunc demum Contractus est nullus, si deceptus velit *cit. l. & eleganter. in pr. & ibi Gloss. in v. nullam. ff. de dol. mal. & in l. si dolo*. 5. *in v. rescindi. C. de rescind. vend.* [i]: Dolus autem incidens in ipsum Contractum, nec impedit Consensum, nec ipso iure annullat Contractum; sed tantùm ope exceptionis petitur vt aut Contractus rescindatur, aut Dolus purgetur *l. Iulianus*. 3. §. 4. & 5. *ff. de act. empt. d. l. si dolo. & l. dolus. cum seq. C. de rescind. vend.* [k].

f Sunt & Solemnia: sed verùs est, ea non differre a Substantialibus *Harpp. ad §. sequens. 2. Inst. de oblig. n. 62. & 63.* g Vide *Harpp. ad d. §. sequens. 2. Inst. de oblig. ex n. 53.*

h Latè *Eckolt. ad tit. de contrah. empt. §. 7.*

i *Vuesemb. in Paratit. l. ff. de contrah. empt. n. 15. & ff. de rescind. vend. n. 6. Tabor. in loc. comm. v. dolus. ax. 3.* k V. *Eckolt. ad tit. ff. de dol. mal. §. 5. & ibi Add.*

Præ-

Præstanda in Contractibus.

V. PRimò semper præstatur Dolus *l. si ut certo loco. 5. §. 2. ff. commod. l. contractus. 23. de reg. iur.* [l] Hic consistit in Commissione, seu studiosa Machinatione decipiendi *l. hoc edicto. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* Nequit Pacto remitti si sit futurus; sed potest si est præteritus; quia in futuro præbetur ansa delinquendi, non sic in præterito *l. 23. ff. de reg. iur. l. 7. §. 13. & 14. l. si unus. 27. §. 3. & 4. ff. de pact. l. 1. §. 7. ff. depos.*

VI. Secundò præstari potest Culpa [m]. Hec consistit in Omissione, seu Negligentia *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. si servum. 91. in pr. ff. de verb. oblig.* [n]. Diuiditur in Latam, Leuem, & Leuissimam, prout Negligentia est maxima, mediocris, vel minima [o]. Si Contractus fiunt in gratiam vtriusque Contrahentis, præstatur ab vtroque Culpa Lata, & Leuis; si celebrantur solius Accipientis gratia, præstatur omnis culpa; excepto Precario, in quo præstatur tantùm Lata *l. quæsitum est. 8. §. 3. ff. de prec.* [p]: si solius Dantis gratia ineuntur, præstatur tantùm Lata. Excipitur Mandatum, in quo præstatur omnis Culpa *l. a procuratore. 13. C. mand.*; quia Procurator mandatum recipiendo intelligitur polliceri penitus Industriam suam *arg. l. idem iuris. 8. §. 1. ff. ad l. Aquil.* [q]. Excipitur etiam Negotiorum gestio, in qua pariter præstatur omnis Culpa *§. igitur. vers. quo casu. Inst. de oblig. quæ quasi ex contract.* si modò alius diligentior commodiùs esset administraturus negotia *Gloss. ad §. igitur. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.* Ratio est, ne quis temerè aliena negotia suscipiat; & etiam quia sponte se ingerendo, videtur exactissimam Diligentiam polliceri [r]. Prædictæ regulæ excerptæ sunt ex *l. si vt certo. 5. §. 2. l. eum qui. 10. l. in rebus. 18. ff. commod.* [s].

l Dolum alium Verum, alium Præsumptum statuunt DD. Hanc distinctionem reprobat *Ant. Matth. de crim. tit. de Pœn. c. 4. n. 11.* Dolus enim non est, nisi probatus; aliòquin reijcitur vel in Culpam, vel in Casum.

m Quando sit mentio Culpæ in Iure, non venit Leuissima, & cur *V. Vinn. ad tit. 15. lib. 3. Inst. §. creditor quoque.*

n At Culpā posse admitti etiā in cōmittēdo *V. Ant. Matth. de Crim. tit. de Sicar. c. 6. n. 5.*

o *V. Vinn. ad §. item is. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 6. & seqq.* accuratè de his disputantem, & ibi textus.

p V. Rationem in *d. l. quæsitum. §. eum quoque. vers. nec immeritò.*

q Harpp. ad *§. is, qui exequitur. Inst. de mand. eum. 21. V. Deluc. de tutor. disc. 16.*

r V. *Bachon. ad §. igitur. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. n. 1. Vinn. ibid. n. 3. per tot.*

s Vide latè *Vinn. ad §. item is. 2. Inst. quibus mod. re contrah. oblig. n. 12. Harpp. ibid. n. 90.*

VII.

VII. Casus fortuitus in nullo Contractu regulariter præstatur *l. contractus. [illegible] ff. de reg. iur. in fin. l. 6. C. de pignor. act.* Quare vt præstetur, requiritur vel Pactum conuentum *d. l. contractus. 23. de reg. iur. l. 1. §. sepe. 35. [illegible] l. 1. C. [illegible] l. 1. C. commod.*; vel quòd Mora, aut Culpa casum præcesserit *§. item is. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. si ex leg. [illegible] ff. de verb. oblig. l. 1. §. 4. ff. oblig. & act.* vel denique, quòd res data fuerit æstimata *l. si vt certo loco. §. 1. ff. commod.* [t].

Contractuum Diuisiones.

VIII. Primò alij sunt Nominati: hi habent certum Nomen, & producunt certam Actionem *l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact.* Alij Innominati: hi nec habent certum Nomen, nec particularem pariunt Actionem, sed tantùm habent Causam approbatam *d. l. iurisgentium. §. 2. de pact.* Actio ex ijs profluens est singulis communis, & dicitur Ex præscriptis verbis, de qua *tit. tit. ff. de præscript. verb. & in fact. act.* Contractus Innominati sunt quatuor; Do vt des; Facio vt facias; Do vt facias; Facio vt des *l. naturalis. 5. in pr. ff. de præscript. verb.*

IX. Secundò alij Contractus sunt Bonæfidei; in quibus est locus benignæ Interpretationi *l. quia tantundem. 7. ff. de neg. gest. l. Lucius. 24. ff. deposit.*, & Officio Iudicis, etiam Nobili *l. quæro. 54. ff. locat.*: alij sunt stricti Iuris *l. in omnibus. 57. in pr. ff. de oblig. & act.*; in quibus attenditur tantùm quod est expressum a Partibus *l. quicquid. 99. ff. de oblig. & act. cit. l. 7. de neg. gest. cit. l. Lucius. ff. depos.*; & hi pendent omnino ab Actione, & Officio Iudicis Mercenario [u].

X. Tertiò alij sunt Dipleuri, hoc est vltrò citroq; obligatorij; in quibus vel statim ab initio vel ex post facto vterque Contrahentium ad aliquid præstandum adstringitur: alij sunt Monopleuri, hoc est obligatorij ex vna tantùm parte *l. Labeo. 19. ff. de verb. signif.* [x].

XI. Demum alij sunt Reales, qui rei interuentu: alij Verbales, qui solis verbis, alij Literales, qui solis literis: alij Consensuales, qui solo consensu perficiuntur *§. fin. Inst. de oblig. l. 1. §. 1. ff. eod. l. græcè. 8. §. 1. ff. de fideiuss. l. nouatio. 1. §. 1. ff. de nouat.* [y].

t V. *Eckolt. ad tit. ff. commod. sub §. 7. Vinn. ad d. §. item is. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 6.*

u Vide *Vinn. ad §. actionum. 28. Inst. de act. [illegible] Harpp. eod. loc. ex n. 15.*

x V. *Harpp. ad tit. Inst. de oblig. ex n. 15. & Eckolt. ad tit. Pandect. eod. §. 16.*

y Vide latè de tota hac materia diuisionis contractuum *Eckolt. ad tit. ff. de reb. cred. si cert. pet. §. 4. per tot. & ibi Add.*

§. III.

§. III.

Contractus Reales.

I. TAles dicuntur, quorum perfectio non resultat priusquàm sit tradita res *l. obligamur. 52. §. 1. ff. de oblig. & act. l. si tibi decem. 17. in pr. ff. de pact. l. contra. 6. ff. ad S.C. Macedon.* Nomen Rei hìc significat vel Speciem, vel Quantitatem. Species apud Iuris Consultos dicitur Corpus aliquod certum, quo vti possumus, salua manente eius substantia *l. in stipulationibus. 54. ff. de verb. oblig. l. talis scriptura. 30. ff. de leg. 1. l. 34. §. 3. & 5. ff. eod.*: Quantitas significat non solùm principaliter Pecuniam [a], sed etiam quamcumque Rem fungibilem; hoc est cuius vsus consistit in abusu [b]. Tales sunt quę pondere, numero, & mensura constant; quæ in suo genere dicuntur fungi vice mutua, hoc est tanti esse, quanti alia eiusdem generis, & præstare eandem vtilitatem *pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. l. mutuum. 2. §. 1. ff de reb. cred. si cert. pet. etc.* [c].

II. Contractus Reales enumerantur quinque in *tit. Inst. quib mod. re contrab. oblig* & in *l. obligamur. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. ff. de oblig. & act.*; Mutuum, Indebitum, Commodatum, Depositum, Pignus. Indebitum est potiùs Distractus, quàm Contractus *l. si quis. §. is quoque. 3. ff. de obligat. & act.* Ex reliquis quatuor, Mutuum transfert Dominium; Commodatum Vsum; Depositum Custodiam; Pignus Possessionem [d].

Mutuum.

III. ESt: Contractus realis, quo rem fungibilem damus vtendam, & absumendam, ea lege, vt tantundem in eodem genere quandoque detur [e]. Mutuans nedum simpliciter dicitur Credere *l. benè est. 1. ff. si cert pet. & ibi Gloss. in v. generalis*, sed Ire in creditum *l. mutuum. 2. §. mutui datio. & ibi pariter Gloss. vu. in credi-*

a *Calvin. Lexic. iur. v. quantitas. Sutholt. dissert. 13. n. 3.*
b *Calvin. in Lexic. vi fungi.*
c *V. Sutholt. d. dissert. 13. ex n. 8. Vinn. ad pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. Harpp. ibid. ex n. 59. Eckolt. ad tit. ff. de reb. cred. §. 10. & 11.*
d *Sutholt. dict. dissert. 13. n. 6.*
e *Sutholt. dict. dissert. 13. n. 7.*

Digitized by Google

tum. ff. eod.; Quantitas quippe mutuata transit omninò in dominium mutuatarij; ex quo Mutuum appellatur; quasi ex meo tuum *cit. l. 2. §. appellata. 2. ff. eod. pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* Hinc cum Substantia rei mutuatæ regulariter absumatur apud Recipientem, nihil in Mutuante remanet, præter purum Ius crediti [f].

IV. Mutuum debet fieri gratis; nec potest Mutuans exigere aliquid vltra Sortem, absque labe Vsuræ *l. rogasti. 11. §. si tibi. ff. de reb. credit. etc. c. consuluit. de vsur. clem. vnic. eod.* Ad hanc honestandam non sufficit Debitoris mora, sed præterea debet concurrere aliquod ex tribus requisitis; nempe vel Periculum Sortis, vel Lucrum cessans, vel Damnum emergens [g]. Mutuatarius tenetur restituere tantundem in eodem genere *d. l. mutuum. 2. in pr. ff. de reb. cred. si cert. pet. etc.*; cum enim aliud pro alio inuito Creditori nequeat solui, & in Mutuo non possit restitui res eadem numero, fieri debet restitutio in Quantitate eiusdem generis; quia propter omnimodam similitudinem videtur potiùs restitui idem, quàm aliud *cit. l. 2. §. 1.* [h].

V. Debet non solùm restitui Quantitas eiusdem Generis, sed & eiusdem Bonitatis, vt verificetur, quòd tantundem restituatur *l. cum quid. 3. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Idem tamen Genus est de Substantialibus Mutui *l. mutuum. 2. ff. eod.*; at eadem Qualitas est de Naturalibus *cit. l. 3. eod.*; vnde circa vltimam potest induci mutatio ex pacto, non verò circa primum [i].

Indebitum.

VI. QVi recipit Indebitum sibi per errorem solutum, obligatur quasi ex Mutuo *l. si quis absentis. 5. §. 3. ff. de oblig. & act. §. item is. 6. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.* Solutio quippe Indebiti, si fiat de Rebus fungibilibus, dicitur Promutuum; si in Speciebus, quanuis in rigore nequeat dici Promutuum; ex æquitate tamen participat eosdem effectus [k]. Sicut ergo Mutuum repetitur Actione personali, quæ dicitur Condictio certi *pr. Inst. quib. mod.*

[f] *V. Gothofred. ad dict. l. mutuum. §. 2. Mancin. de tripl. iur. collat. lib. 1. capt 153.*

[g] De quibus V. *late Leff. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dubit. 10. 11. 12. & 13.*

[h] *V. Gothofred. ad d. l. mutuum. 2. §. 1. de reb. cred. Vinn. ad cit. pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. Merend. contr. iur. lib. 11. cap. 36. per tot.*

[i] *Vinn. ad d. pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. n. 13. Suthols. dissert. 13. n. 20.*

[k] *Bachou. ad §. is quoque. 1. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. Harpprecht. ibid. n. 1. & segg. & præsertim n. 4.*

re

re contrab. oblig. l. 2. ff. de reb. cred. si cert. pet. etc. ita Indebitum repetitur Actione personali, quæ dicitur Condictio incerti, seu indebiti §. is quoque. 1. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. tot. tit. ff. & C. de condict. indeb.

VII. Huic Condictioni non est locus, si Indebitum fuerit solutum scienter l. 1. §. 1. l. si is qui. 24. l. si non fortem. 26. §. 3. in fin. & §. 8. ff. de condict. indeb. l. indebitum. 9. in pr. C. eod.; si fuerit Indebitum Iure ciuili, sed debitum ex Iure naturali; v. g. ex nudo Pacto, vel ex Testamento minùs solemni l. naturaliter. 13. l. si pœnæ. 19. l. frater. 38. §. 1. & 2. ff. de condict. indeb.; si solutum fuerit per errorem Iuris [l].

Commodatum.

VIII. ESt: Contractus realis, per quem gratis alicui res vtenda conceditur, vt finito vsu, res eadem restituatur §. 2. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. Si non concedatur gratis, sed sub mercede, transit in Locationem §. item is. 2. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. l. si vt certo loco. 5. §. 12. ff. commod.; si sub pacto alterius rei, in Contractum innominatum l. si tibi. §. 1. ff. de præscript. verb.; si non ad vsum certo tempore determinatum, in Precarium l. 1. & 2. ff. de precar. At quòd etiam Precarium [m] possit concedi ad tempus, & vsum determinatum tenent aliqui [n].

IX. Commodatarius, finito vsu, debet rem restituere in eodem statu, quo recèpit; si enim reddatur deterior, non censetur reddita l. sed mihi. 3. §. 1. l. 5. §. 9. l. 13. §. 1. ff. commod. Si Commodatarius re vtatur ad alium vsum, quàm ad quem concessa est, committit Furtum; non quidem rei, sed eius vsus d. l. si vt certo loco. 5. §. 8. ff. commod. l. qui seruum. 34. §. 1. ff. de oblig. & act. [o].

[l] Latè Harpp. ad §. is quoque. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. ex n. 52. & per totum.

[m] Precarium non est Contractus, nec parit Actionem l. 14. ff. de prec.

[n] V. Bellon. Supput. Iur. lib. 2. cap. 13 Quòd Precarium ex officio Iudicis sit irreuocabile, vbi reuocatio noceat concessionario, & non prosit concedenti, Deluc. de serv. disc. 34. n. 6.

[o] Harpp. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. §. item is. 2. n. 65. & seqq.

Depositum.

X. Est: Contractus, qui re perficitur, quando res alterius custodiæ gratis traditur, vt accipiens bona fide custodiat, eamque eandem sine mora Deponenti, cum is voluerit, reddat, est *l. depositum est. 1. ff. depos.*

XI. Hic agitur de Deposito Simplici, seu Conuentionali; non de Iudiciali, quod dicitur Sequestrum; quando nempe res litigiosa apud aliquem deponitur in euentum litis, vt vincenti restituatur *l. proprie. 6. l. licet. 17. §. 1. ff. depos. l. 110. de verb. signif. l. un. C. de prohib. sequestr. pecun.* Differt utrumque; quia in Sequestrem transit rei possessio, licèt de hoc non sit expressè actum; at in Deposito simplici possessio remanet apud Deponentem *d. l. licet: 17. §. 1. ff. dep.*

XII. Depositum Simplex proprie non est nisi rerum mobilium p. Potest fieri etiam de re aliena *l. 1. §. si prædo. l. bona fides. 31. §. 1. ff. depos.*; quia in hac casu non agitur de transferendo Dominio, sed de Custodia q. Si Depositarius vtatur re deposita, Furtum committit *§. furtum. 6. Inst. de oblig. quæ ex delict. l. si sacculum. 29. ff. depos. l. 3. C. eod. l. 16. ff. de condict. furtiu.* Debet autem Depositum esse Gratuitum *l. 1. in pr. ff. depos.*: alioquin si fiat sub mercede, transit in Locationem *l. 2. §. si vestimenta. 8. ff. depos.*; si sub præstatione alterius rei, in Contractum innominatum *vel. l. 1. §. si quis seruum. 9. eod.*

XIII. Potest in Deposito, sicut & in Commodato, esse ex post locus remunerationi, ob præstitam custodiam a Depositario, & ob præstitum vsum a Commodante *l. prætor ait. 2. §. si in re. 24. ff. de vi bon. rapt.*: neque per hoc immutatur natura Contractus, quæ pendet ab ijs, quæ ab initio, non quæ postea interueniunt r.

XIV. Quando deponitur Pecunia non obsignata (quando est obsignata, Depositum est verum, & regulare *l. 1. §. si citra. 41. l. si sacculum. 29. ff. depos.*) sed numerata, itaut tacitè videatur conuentum vt restituatur tantundem in genere *l. Lucius. 24. l. die sponsaliorum. 25. §. 1. ff. eod. l. 4. C. eod.*, tunc Depositum dicitur Irregulare s

p *Manz. §. præterea. Inst. quib. mod. re etc. n. 8. Sutholt. differt. 13. num. 14.* In contrarium tamen doctè disputant *Echolt. ad tit. ff. depos. §. 3. Harpp. ad §. præterea. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. ex n. 17. Vinn. ibid. n. 2.*

q *Manz. ad d. §. præterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 3.*

r *Echolt. ad tit. ff. depos. sub §. 4. Manz. ad §. item is. 2. n. 16. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*

s *Echolt. ad tit. ff. Depositi. §. 5.*

adhuc

adhuc tamen remanet Depositum, & post Actionem Depositi, licèt Depositi terminos egrediatur, & habeatur potius pro Mutuo; adeo ut, præter Actionem, talis Depositum rata participet priuilegia veri Depositi; & in specie non excludat Compensationem [t].

XV. Depositum non contrahitur tacitè, hoc est ex sola illatione rei in domum alicuius, quanuis præsentis [u]; quia vbi agitur de contrahenda obligatione, tacens æquiparatur non consentienti, sed contradicenti. Id fallit in Nautis, Cauponibus, vel Stabularijs; qui scientes, de custodia illatorum in nauim, cauponam, vel stabulum tenentur; quia Inferentes sequuntur eorum fidem, quam satis suo exercitio profitentur *l. 1. & tot. tit. naut. caupon. & stabul. recept. ut vect.* [x].

Pignus.

XVI. PIgnus hic sumitur pro Conuentionali, & sic pro Iure ad rem *l. 1. §. vlt. ff. de pact. l. solutum. 18. §. 2. de pignorat. act. l. contractus. 23. ff. de reg. iur.*; non verò pro ipsa Hypotheca, seu Iure in re, quod nascitur post Pignus constitutum *l. 1. in pr. & §. 1. & 2. l. si conuenerit. in pr. & §. 1. ff. de pignorat. act.* Quanuis enim respectu effectus non differant Hypotheca, & Pignus, dum per alterutrum semper Creditor, quousque durat debitum, possit persequi rem *l. 9. §. 1. ff. de pignor. & hypoth.* [y]; Pignus tamen, prout est Contractus, solet distingui ab Hypotheca ex eo, quòd illud sit de re mobili, & transferat possessionem *l. 1. §. creditor quoque. ff. de oblig. & act. §. præterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. plebs est. §. 2. ff. de verb. signif.*; hæc de re immobili, & possessionem non transferat *l. si rem alienam. 9. §. proprie. 2. de pignorat. act. l. 35. §. 1. ff. eod. §. 7. Inst. de act.* [z].

XVII. Pignus ergo, prout constituit Ius ad rem, est: Contractus realis, quo Creditor, qui in securitatem sui crediti accepit rem a Debitore, post extinctum integrè debitum, obligatur restituere ipsi Debitori rem acceptam. Ex hoc Contractu competit ipsi Debitori Actio personalis pignoratitia directa; & e contra Creditori Actio pi-

t V. *Oinot. ad tit. quib. mod. re contrah. oblig. n. 16. & 17. Eckolt. loc. mox cit.*
u *Manz. ad §. 3. n. 10. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Oinot. eod. loc. n. 8.*
x *Manz. loc. cit. n. 11. Eckolt. ad tit. ff. naut. caup. & stabul. recept. vt vect. pat. tot.*
y *Surbolt. dissert. 13. n. 62.*
z *Bachou. ad §. item seruiana. Inst. de act. n. 4. Vinn. ad §. præterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 1. & 2. Harpp. ad eund. §. num. 3. 4. & 5. Eckolt. ad tit. ff. de pignorat. act. & de pignor. & hypoth.*

gnora-

pignoratitia contraria §. *praterea. Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* & *Cod. tit. ff.* & *C. de pignor. act.*, si Debitor aliqua fraude recuperauerit Pignus ante solutum debitum *l. si quasi. 3. ff. eod.*, aut in Pignoris constitutione Creditorem deceperit *l. si rem alienam. 9. in pr. l. si quis: 36. ff. eod.*

XVIII. Actio Pignoratitia prorsus diuersa est ab Hypothecaria. Hæc est Realis, & datur Creditori ad persequendum Pignus contra quemcumque possessorem, discusso tamen priùs debitore *l. pignoris. 17. ff. de pignorib. & hypoth. §. seruiana. Inst. de act. Nouell. 4. cap. 2.* Pignoratitia est Personalis, & non nascitur nisi soluto debito contra Creditorem *l. si rem alienam. 9. §. 3. l. debitor. 40. §. fin. ff. de pignorat. act.*

§. IV.

Contractus ex Verbis,

Seu Verborum Obligatio.

I. VErborum Obligatio [a] ex *l. stipulationum. 5. §. 1. ff. de verb. oblig.* est Conceptio verborum, quibus qui interrogatur: responderit, se daturum, vel facturum quod interrogatus est. Hic Contractus licèt constet tam ex Promissione, quàm ex Stipulatione, seu Interrogatione *l. 1. §. verbis 7. l. obligamur. 52. ff. de oblig. & act. l. 8. §. 1. ff. de verb. oblig.* denominatur tamen a principali Stipulatio *arg. l. quæritur. 10. ff de stat. hom.* [b]. Hæc producit Actionem [c], quia per Interrogationem Stipulantis, & Responsionem Promittentis apparet magis certa, & enixa voluntas Contrahentium [d]. Per hoc distinguitur a nudo Pacto, quod oritur a sola Promissione, absque Interrogatione *l. iuris gentium. §. sed cum nuda. 4. & ibi Gloss. in vv. igitur nuda. ff. de pact.* Distinguitur etiam

[a] Stipulatio nequit dari inter Absentes *Mysing. ad tit. de inutil. stipul. §. item verbor. num 1. Vinn. Inst. de verb. oblig. §. in hac olim. num. 2.* Stipulatio semper est vtilis; at interdum est necessaria, vt in Fideiussoribus, in Nouationibus, in Vsuris, quas petimus in strictis iudicijs *Vinn. ad tit. Inst. de verb. oblig. sub n. 4.*

[b] *Manz. ad tit. Inst. de verb. oblig. num. 5.*

[c] Dummodò precedat Causa *Vinn. loc. cit. n. 5.* vbi tamen, quòd Stipulatio etiam sine causa summo iure producit Actionem, quamuis doli mali exceptione ineficax reddatur.

[d] *Mynsingero ad tit. Inst. de verb. oblig. n. 18. Oinet. ibid. n. 17.*

a Pol-

a Pollicitatione, quæ est: Promissio solius offerentis, præsentis, facta Deo, aut Reipublicæ *l. pactum est. 3. in pr. ff. de pollicit.* e.

II. Stipulatio inducta est Iure ciuili f ad firmitatem aliarum Obligationum, & aliorum Contractuum *l. præteriarum. 8. & sciendum. 4. ff. de prætor. stipul.*: est tamen etiam Contractus specialis, per se subsistens g. Ex eo nascitur duplex Actio. Prima est Condictio certi, quando aparet Quid, Quantum, & Quale sit promissum Interroganti *pr. Inst. de verb. oblig. l. si quis certum. 24. ff. de reb. cred. si cert. pet. l. stipulationum. 74. ff. de verb. oblig.* Secunda est Actio ex stipulatu; quando Stipulatio est incerta, vt quando promissum est Genus *l. vbi autem. 75. §. 1. & 2. ff. de verb. oblig.*, vel etiam Factum *cit. l. vbi autem. §. qui id. 7.*; nam Factum respectu executionis dicitur Incertum; quia Promissor liberari potest præstando id, quod interest §. *fin. Inst. de verb. oblig. l. si quis. 13. §. si quis. ff. de re iudic.* h. Etiamsi sublatus sit in Stipulatione rigor antiquus formularum circa interrogationem, & responsionem *l. omnium. 10. C. de contrab. stipul. §. in hac re. 1. Inst. de verb. oblig.*, adhuc contrahi dicitur Stipulatio ex sola Declaratione Contrahentium, quòd intelligant stipulari i.

III. Stipulatio potest concipi vel Purè, vel in Diem, vel sub Conditione *§. omnis. 2. Inst. de verb. oblig.* Purè, quando statim cedit, & venit dies; hoc est quando statim nascitur Obligatio (quod importatur per verbum Cedit), & statim potest exigi (quod innuitur per verbum Venit) *l. cedere. 213. ff. de verb. signif. l. cum qui. 41. §. 1. ff. de verb. oblig. §. omnis. 2. Inst. eod.* Hoc est verum de rigore Iuris; at ex æquitate semper indulgetur aliquod breue tempus; quod pendet ab arbitrio Iudicis *l. cum dicimus. 105. ff. de solut. l. si debitori. 21. ff. de iudic.* k.

IV. In diem concipitur Stipulatio, quando cedit, sed non venit dies *d. l. cedere diem. 213. de verb signif.*; hoc est quando adijcitur Dies differendæ solutionis gratia *cit. §. omnis. 2. Inst. de verb. oblig. & l. cum qui. 41. ff. eod.* Tunc statim nascitur Obligatio, & Actio *iurib. cit.*; quia tempus sicuti non est Modus inducendæ, aut tollendæ obliga-

e *Mynsinger. loc. mox cit. n. 9.*
f *Eckolt. ad tit. ff. de verb. oblig. §. 10 Harpprecht. ad pr. tit. Inst. de verbor. oblig. ex num. 23.*
g *Harpprecht. ad d. pr. tit. Inst. de verb. oblig. n. 36. & seqq.*
h *Sutholt. dissert. 14. n. 29.*
i *V. Vinn. & Manz. ad d. §. in hac re. Inst. de verb. oblig.* penes quos, quid etiam hodie requiratur ad necessitatem, & essentiam Stipulationis.
k *Harpprecht. & Vinn. ad d. §. omnis. Inst. de verb. oblig. Sutholt. dissert. 14. n. 14.*

tionis,

Digitized by Google

sionis, ita nec est Modus suspendendæ *l. obligationum. 44. §. 1. ff. de oblig. & act.*: non tamen competit Exactio; quia impeditur, si non Obligatio, Effectus obligationis *d. l. obligationum. 44. §. 1. de oblig. & act. l. 9. in pr. de reb. cred. §. 10. Inst. de except.* l.

V. Stipulatio fit sub Conditione, quando confertur in casum aliquem prorsus incertum, & futurum *l. sub conditione. 4. Inst. de verb. oblig. l. si ita stipulatus. 120. ff. eod.*; nam Conditio, quæ respicit euentum certum, & tempus præsens, vel præteritum, propriè non est Conditio *§. conditiones. 6. Inst. eod. l. 18. de cond. indeb. l. 79. de condit. & demonstr.*

VI. In Stipulatione Conditionali, quanuis nec cedat, nec veniat dies *l. cedere diem. 213. ff. de verb signif.*, Ius tamen Conditionale, etiam pendente conditione, transmittitur ad hæredes *§. sub conditione. 4. in fin. Inst. de verb. obligat. l. si quis. 57. ff. eod. l. 8. ff. de peric. & commod. rei vend.* Per hoc Contractus differunt a Legatis *l. si cum hæres. 4 l. si post diem. 5. ff. quand. dies leg. ced. l. un. §. 7. C. de caduc. toll.*; quia in ijs interuenit factum Creditoris, qui semper videtur prospicere nedum sibi, sed & hæredibus *l. si pactum factum sit. 9. ff. de probat.*; at in Legatis Conditionalibus nullum interuenit factum Legatarij; ideòque, pendente conditione, non transmittuntur *l. nec adiecit. 9. ff. pro soc.* m.

VII. Pro Conditionali habetur stipulatio sub die Incerto *l. talis scriptura. §. 4. de leg. 1. l. stipulatio. 38. §. 16. ff. de verb oblig. l. dies incertus. 75. ff. de condit. & demonstr.*: at id limitatur ad diem incertum An, non verò Quando *l. si dies. 21. & l. seq. ff. quand. dies leg. ced.* n.

VIII. Stipulatio Annua *ex §. at si ita. Inst. de verb. oblig.* est Pura; quia licèt contineat diem, dies tamen adiectus est non ad differendam Obligationem, sed ad multiplicandam Stipulationem *l. cum in annos. 10. & duab. seqq. ff. de verb. oblig.* Verùm circa hoc recolenda sunt dicta in *§. de Legato. vers. si legata est* o.

IX. Hæ Stipulationes Annuæ non solùm sunt Puræ, sed Perpetuæ; ideòque Transitoriæ ad hæredes *l. si Stichum, aut Pamphilum. 16. l. cum qui. 56. §. 4. ff. de verb. oblig.*; nisi adiecta sit clausula, Quoad viuam. Tunc de rigore Hæres petere potest, quia ad tempus non

l *V. Manz. & Vinn. ad §. omnis. 2. Inst. de verb. oblig. Suthols. differt. 14. n. 19.*
m *Vinn. ad d. §. sub conditione. 4. Inst. de verb. oblig. n. 6. videnda per tot.* circa materiam conditionum *Harpp. eod. loc. n. 12.*
n *Vinn. ad §. omnis. 2. Inst. de verb. oblig. n. 2. Suthols. differt. 14. n. 22.*
o Vide etiam *Vinn. ad d. §. at si ita. Inst. de verb. oblig.* vbi subtiliter, & docte de materia.

potest

potest constitui obligatio *l. obligationum*. 44. §. 1. *ff. de oblig. & act.*; at repellitur exceptione Pacti §. *at si ita*. 3. *Inst. de verb. oblig. d. l. obligationum*. 44. §. 1. *ff. de oblig. & act. d. l. cum qui*. §. 4. *de verb. oblig.*: nam Pacta, quæ non prosunt ad agendum, semper prosunt ad excipiendum p.

X. Stipulationum Materia vel est Dandi, vel Faciendi: & hæc vltima comprehendit etiam obligationem non faciendi §. *non solùm*. 7. *Inst. de verb. oblig. l. stipulationum*. 1. *in pr. & §. penult. l. vbi autem*. 75. §. *qui id*. 7. *ff. eod.*; cui, quando est perpetua, suppletur per Cautionem Mutianam *Gloss. in l. siue apud acta. C. de transact.*, quæ potest tamen remitti a Testatore q. Differunt obligatio Dandi, & Faciendi: Dandi est Diuidua, quanuis inuariabilis, & præcisa *l. stipulationum*. 2. *l. stipulationes*. 72. *ff. de verb. oblig.*; Faciendi est Indiuidua, quanuis ex parte Debitoris sit variabilis, ex eo quia potest liberari soluendo eo, quod interest *d. l. stipulationes*, 72. §. *Celsus tamen. l. si quis*. 13. §. *fin. de re iud.*: imò post moram Debitoris est etiam variabilis ex parte Creditoris; quia tunc, recusato facto, potest agere ad id quod interest *d. l. si quis ab alio*. 13. §. *fin. ff. de re iudicat.* Quia difficile est probare id, quod interest, consultum est, vt obligationi Faciendi adijciatur Pœna determinata §. *fin. Inst. de verb. oblig.* quæ Pœna potest exigi ex vi stipulationis, quanuis nihil interfuerit *l. stipulatio ista*. §. *alteri*. 17. *vers. planè*. *ff. de verb. oblig.* r.

XI. Interdum plures s stipulantur simul eandem rem in solidum; e contra plures simul eandem rem, & ex eadem causa in solidum promittunt. Primi dicuntur Correi Stipulandi, siue Credendi secundi Correi Promittendi, seu Debendi *l. qui stipulatur*. 1. *ff. de duob. reis. pr. Inst. eod.* In Correis Stipulandi singulis debetur solidum §. 1. *Inst. & l.* 2. *& l.* 3. *ff. & l.* 1. *C. eod.*: vnius petitione, acceptilatione, aut nouatione (non autem pacto *l. si vnus*. 2. *pr.* §. 4. *de pact.* t) tota perimitur Obligatio *d.* §. 1. *Inst. & d. l.* 2. *ff. eod. l.* 13. §. 12.

p *Manz. ad d.* §. *at si ita. n.* 7. *Inst. de verb. oblig.*

q *V. Deluc. de Legat. disc.* 39. *n.* 9. & 10.

Animaduertendum circa hoc, verius esse, quòd in Contractibus locum non habeat Cautio Mutiana *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 42. *n.* 26. *Eckolt. ad tit. ff. de condit. & demonstr.* §. 1. *Bachou. ad* §. *sub conditione*. 4. *Inst. de verb. oblig. Vinn. eod. loc. n.* 4. *Oinot. eod. loc. vers. si quis ita. n.* 3. *Sutholt. dissert.* 14. *n.* 26.

r Vide ad hæc *Mynsinger. ad d.* §. *fin. Inst. de verb. oblig. Harpp. eod. loc. n.* 4. *Vinn. eod. loc. per tot. Manz. ibid. per tot.* penes quos, an consecuta pœna, peti possit & quod interest; & an semel, vel pluries.

s Cohæredes non dicuntur Correi *V. Vrcel. consult. for.* 40. *n.* 34. 39.

t *V. Vinn. ad* §. *huiusmodi*. 1. *Inst. de duob. reis stipul. etc.*

ff. de accept. l. 31. §. 1. ff. de nouat. Ante finem tamen diei tenetur Debitor soluere cui ex Creditoribus sibi placuerit l. ex duobus 16. ff. de duob. reis; & hoc modo solutum non est communicandum cum altero, nisi quando Correi stipulandi sunt Socij l. in lege 52. in pr. ff. ad l. falcid., vel Debitum sit ex causa onerosa [illegible].

XII. In Correis Debendi hodie [illegible] Nouellæ 99. cap. 1. & Auth. hoc it. C. de duob reis, si non ex Correis conueniatur in solidum, potest opponere Beneficium diuisionis, nisi Correus vel sit absens, vel non soluendo, vel ipse conuentus renunciauerit in specie. Vide d. Auth. hoc ita [illegible]. Si tamen Correus soluerit, [illegible] datur repetitio aduersus eum, qui nihil soluit l. 2. C. de duob. reis; vel per Actionem vtilem negotiorum gestorum, vel per Implorationem Officij Iudicis, vel per Conditionem ex lege l. si & me, & Titium 32. ff. de verb. oblig.

XIII. In Correis Debendi, vnus potest pure obligari, [illegible], vel sub conditione §. ex duobus. fin. Inst. de duob. reis. l. ex duobus, 7. ff. eod.; nam nec tempus, nec casus immutat [illegible] l. sed & si. 28 §. si pater familias. fin. ff. de iudic. Pure promittens potest statim exigi; ceteri, nisi aduenientes die, vel [illegible] §. fin. Inst. de duob. reis. & l. ex duobus. 7. ff. eod. 2.

XIV. Stipulatio reddita inutilis vel ope exceptionis l. si quis. 36. ff. de verb. oblig. l. palam est. 2. §. circa primam. 3. ff. de dol. mal. except., vel ipso Iure: idque, primò ex Materia, quando promissum est quod absolutè nequit præstari vel natura vt in §. at si quis rem. 1. Inst. de inutil. stipulat., vel Iure vt in §. idem iuris. 2. §. quod turpi. 24. §. si impossibilis. 11. Inst. eod. l. inter. 83. §. 5. [illegible] l. stipulatio ista. 38. §. 4 ff de verb. oblig.; vt & quando promittitur Pactum alicui, non adiecta pœnali stipulatione §. si quis 3. §. versa vice. 21. Inst. de inutil. stipul. d. l. 38. pr. de verb. oblig.

XV. Secundò ex Causa efficiente, quando Promittens nequit obligari §. item 6. §. mutuum. 7. §. furiosus. 8. §. pupillus. 9. §. sed quod. 10. Inst. de inutil. stipul. l. 1. in pr. ff. de verb. oblig. l. 3. C. de inutil. stipul.; vel quando Stipulans stipulatur alteri, quàm ei, cuius potestati subiectus est; nam regulariter nemo potest alteri stipulari §. alteri. 19. Inst. de inutil. stipul. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. 17. ff. de verb. oblig.

u V. Eckolt. & Add. ad tit. ff. de duob. reis. §. 6. & Dilua. de rerod. disquis. n. 2.
x Vide ad hoc Vinn. ad §. 1. Inst. de duob. reis. n. 1. & Eckolt. ad tit. ff. eod. §. 7. Manz. ad d. §. 1. Inst. de duob. reis. ex n. 14.
y Eckolt. cit. tit. de duob. reis. §. 9. Vinn. ad tit. Inst. eod. [illegible]
z Manz. & Vinn. ad §. ex duobus. Inst. de duob. reis.

XVI.

Digitized by Google

XVI. Tertiò ex non obseruata Forma Stipulationis, de qua in §. *item verborum. Inst. de inutil. stipul.*; & Diuersitate Interrogationis, & responsionis §. *præterea*. 5. *Inst. eod.*: circa quam, si diuersitas interrogationis, & responsionis [illegible] super Qualitate, stipulatio tota est inutilis; nisi diuersitas responsionis incontinenti approbetur a stipulante *l. stipulatio*. 1. §. *si quis simpliciter*. 3. *ff. de verb. oblig.*: si autem Diuersitas respiciat Quantitatem, valet stipulatio; non quidem in totum, sed quo ad summam concurrentem *l. 1. §. 4. ff. de verb. oblig.*

Accessorium Stipulationis

Fideiussio.

XVII. PEr Stipulationem non solum aliquis obligatur suo nomine, sed etiam nomine alterius, suscipiendo in se alienam obligationem, remanente obligato Debitore principali *l. stipulationum*. 5. §. *satis*. 2. *ff. de verb. oblig. l. blanditus*. 12. *C. de fideiuss.* Hoc fit per Fideiussionem.

XIIX. Fideiussor differt primò a Sponsore; quia Sponsio accedit tam Stipulationi, quàm Pacto, Pollicitationi, & cœteris Contractibus *l. sponsio*. 7. *ff. de verb. signif. l. iuris gentium*. 7. §. *quod ferè*. 12. *ff. de pact. l. obligationes*. 1 §. *sed aut proprio*. 8 *ff. de oblig. & act.*: at Fideiussio soli Stipulationi *cit. l. blanditus*. 12. *C. de fideiuss. & l.* 5 §. 2. *de verb. oblig.* [b]. Secundò differt a Constitutore; quia Constitutor se obligat tam inter præsentes, quàm absentes *l. qui autem*. 14. §. *constituere*. 3. *l. quidam*. 16. *ff. de constit. pecun.*: at Fideiussor non nisi inter præsentes *l.* 1. §. 1. *de verb. oblig.*, & pro alieno tantum Debito *princ. Inst. de fideiuss. l. hæres*. 21. §. *seruo*. 2. *ff. eod.*

XIX. Tertiò differt ab Expromissore; quia hic transferendo in se alienam obligationem, constituitur Principalis, & solus Debitor *l. & eleganter*. 7. §. 8. *ff. de dol. mal. l.* 4. *ff. de condit. caus. dat.*: at Fideiussor non tollit obligationem Principalis *l. iure nostro*. 5. *C. de fideiuss. l.* 23. *eod.*

XX. Quartò differt à Mandatore; quia Mandator præcedit obligationem *l. si verò*. 12. §. *si post creditam*. 14. *ff. mandat.*, & mandat tam præsens, quàm absens *l. si mandauero*. 32. §. *si curator*. 10. *ff.*

[a] Circa inutiles Stipulationes *V. Sutholt. differt.* 14. *a n.* 37. *ad* 54. *Eckolt. ad tit. ff. de verb. oblig. a §.* 4. *ad* 15. *& Vinn. ad tot. tit. Inst. de inutil. stipulat.*

[b] *V. Mancin. disq. gentil. c.* 56. *n.* 2. *vbi*, quod sufficit sub intellecta a Lege Fideiussio.

 mandat.

mandat., etiam per solum consensum *pr. Inst. de oblig. quæ ex consensu*; at Fideiussor plerunque sequitur obligationem *l. stipulatus*. 6. §. *fin. ff. de fideiuss.* §. *fideiussor*. 3. *Inst. eod.*; debet esse præsens *l. si hæreditatem*. 32. *ff. mandat.*; & obligatur per stipulationem *cit. l. blanditus*. *C. de fideiuss.* [c].

XXI. Fideiussor non potest obligari in plus, quàm Principalis §. *fideiussores*. 5. *Inst. de fideiuss. l. græcè*. 8. §. 7. & 8. *ff. eod.* Quare si obligetur in maiorem summam, non subsistit Obligatio, ne in summam quidem concurrentem, vt placuit *Glossæ in §. fideiussores*. *Inst. de fideiuss.* Et quanquam de vsu fori aliqui testentur, Fideiussionem tenere vsque ad concurrentem summam, ex Regula comprehendente minorem summam in maiore (quam tamen alij restringunt ad Stipulationem Principalis, non ad Fideiussionem [d]): non desunt tamen qui hæc Opinantium dissidia concilient distinguendo; quòd Glossæ opinio negatiua procedit, quando Fideiussor rogatus præcisè in maiorem summam obligetur; at secus sit, quando simpliciter rogatus Fideiussor de minori promittat maiorem summam [e].

XXII. Non solùm autem in quantitate, sed qualitate, tempore, & loco, nunquam potest Fideiussor in duriorem Causam obligari, quàm Principalis §. *fideiussores*. *Inst. de fideiuss. l. græcè*. 8. §. 7. & 8. *l. fideiussor*. 16. §. 1. & 2. *l. hi qui accessionis*. 34. *l. si testamento*. 40. §. 2. *ff. eod.* Quòd si Fideiussor accedat tantùm obligationi Naturali, obligatur ciuiliter ex vi propriæ stipulationis; sed vt Principalis. Confert *l. 2. C. de fideiuss. minor. V. etiam l. stipulatus*. 6. *in fin. l. fideiussor*. 16. §. 3. & 4. *ff. de fideiuss.* [f].

XXIII. Fideiussor nequit accedere Obligationi Finitæ per præscriptionem *l. si quis postquam*. 37. *ff. de fideiuss.*; nec obligationi Turpi, aut Impossibili *l. si a reo*. 7. *in fin. ff. eod. l. si remunerandi*. 6. §. *rei turpis*. *l. si verò*. 12. §. *adolescens*. *ff. mand. l. generaliter*. 26. & *l. veluti*. 27. *ff. de verb. oblig.*: nec obligationi merè Ciuili, qualis est Stipulatio dolo, vel metu extorta, aut contracta sine causa *l. quod si maritus*. §. 1. *ff. de constit. pec.* [g]: nec obligationi Dotis, non solùm conseruandæ, sed restituendæ; adeo vt sentiant plerique, Fideiussori

c *V. Eckolt. ad tit. de fideiuss.* §. 3. & *seqq. Vvesemb. ibid. n.* 1. & 2.

d *Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss. & mandat.* §. 15. & *ibi Add. Vinn. ad* §. *fideiussores*. *Inst. de fideiuss. n.* 7. *in fin.*

e *V. Fachin. lib.* 8. *contr.* 51. *Mysing. ad* §. *Fideiussores*. *Inst. de fideiuss. num.* 5. *Bachou. ibid. Vinn. ibid. per tot.*

f *Vinn. ad* §. *in omnibus*. 1. *Inst. de fideiuss. sub n.* 4. *Sutholt. dissert.* 24. *p.* 58. *Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss.* §. 11.

g *Vvesemb. ad tit. ff. de fideiuss. n.* 4. *Eckolt. ibid.* §. 14.

pro

quo dote non esse locum, quamvis Mariti bonis illam obstare; ut ex tit. C. ne de fideiuss. dot. dent. h;

XXIV. Obligationi ex Delicto accedere potest Fideiussor, si agatur civiliter; vel etiam ubi agatur criminaliter, sed ad poenam pecuniariam l. graecè. 8. §. 3. l. si quis. 56. §. fin. l. si a vno. 70. §. fin. ff. de fideiuss.: at si ad poenam corporalem, non admittitur; quia nemo est Dominus suorum membrorum l. liber homo. 13. ff. ad l. Aquil. an.; nisi ad promittendum de iudicio sistendo l. 1. & seqq. ff. de custod. & exhib. reor. l. 6. §. 3. C. de appellat.; quo casu post semestre a Sententia lata, tenetur vel Reum sistere, vel poenam pecuniariam solvere l. sancimus. 26. C. de fideiuss. i.

XXV. Fideiussor, quanuis non duriùs, potest tamen arctiùs obligari §. fideiussores. 5. Inst. de fideiuss. l. 7. §. illud. 7. ff. eod.; v. g. obligari sub Pignore, sub Poena, per Instrumentum habens executionem paratam, licèt his modis non obligetur Principalis k.

XXVI. Fideiussori primò competit Beneficium Excussionis, seu Ordinis Novell. 4. cap. 1. auth. praesentis. C. de fideiuss.: nam regulariter priùs Principalis conveniri, & excuti debet; nisi Fideiussor tali Beneficio renuntiaverit: nisi fideiusserit pro Principe, Fisco, aut Civitate: nisi Principalis notoriè non sit solvendo; aut sit absens, fugitivus, vel latitans; aut habeat bona extra Territorium longè dissita; vel agatur de Fideiussoribus inter Mercatores: nisi tandem Fideiussoris intercesserit Juramentum l.

XXVII. Vbi plures sint Fideiussores, competit secundum Beneficium Divisionis; per quod tenetur Creditor Actionem contra singulos Confideiussores dividere, & a singulis virilem tantùm exigere; modo litis contestatae tempore sint solvendo §. si plures. 4. Inst. de fideiuss. l. inter. 26. & seqq. ff. eod. l. non rectè. 3. C. eod. Cessat hoc secundum Beneficium, si tempore exactionis alter Confideiussor non sit solvendo ante litis contestationem l. inter eos. 51. §. 4. ff. eod. d. §. si plures. 4. Inst. eod. Nisi Confideiussores sint Socij; nam cum repraesentent vnam Personam, tenentur in solidum m: si ipsi Benefi-

h Eckolt. cit. tit. de fideiuss. §. 14. Harpprecht. ad §. in omnibus. Inst. eod. n. 81 & plurib. seqq. Vinn. eod. p.

i V. Ant. Matth. de Crim. tit. de tribunalia Rerum cr. 2. n. 18. Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss. §. 12. & 13. Vvesemb. ibid. sub n. 4. Vinn. ad d. §. in omnibus, Inst. de fideiuss. n. 2. & 3. Harpp. ibid. ex n. 13.

k Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss. §. 17.

l Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss. §. 28. & 29. Vinn. ad §. si plures. 4. Inst. de fideiuss. n. 3. Mynsing. ibid. n. 6. Harpp. ibid. n. 25. ad 58. ubi de limitationes.

m Eckolt. ad tit. ff. de fideiuss. §. 332.

[illegible] fuerit [illegible] *arg. Novell.* [illegible] *C. de pact. l. si quis in conscribendo.* 51. *C. de episc. & cler:* si Factum sit indiuiduum *l. stipulationum.* 2. §. 1. *l. stipulationes.* 71. *ff. de verb. oblig.*; si alter ex Fideiussoribus totum soluerit *d. §.* 4. *Inst. de fideiuss. l. si testamento.* 49. §. 1. *ff. l. cum alter.* 11. *C. eod.*

XXVIII. In hoc postremo casu competit totum Soluenti tertium Beneficium; hoc est Exceptio cedendarum Actionum; ad quarum cessionem tenetur Creditor tam aduersus Principalem, quàm Fideiussores *l. si mandatu.* 13. *l. fideiussoribus.* 17. *l. cum is.* 36. *& passim. ff. eod.*

XXIX. Vt tamen huic Beneficio sit locus, Cessio debet peti, & fieri ante solutionem; alioquin cum vnius solutione [illegible]atur omnis obligatio, nihil superest, quod cedi possit *l. vt fideiussor.* 39. *ff. de fideiussor. l. Modestinus.* 76. *de solut.* Verùm in Praxi ex æquitate admittitur Cessio etiam post solutionem, etiam non obstante renunciatione. Ratio est, quia Fideiussoris solutio, nec Debitorem, nec alios Fideiussores ipso iure liberat; vnde adhuc supersunt Actiones cedibiles *l. cum is qui.* 37. *ff. de fideiuss. l. Papinianus.* 28. *ff. mand.* [illegible]

XXX. Vltra hęc tria Remedia, dantur ordinarię Actiones contra Principalem. Nam si quis fideiusserit pro Mandante, agit Actione mandati *§. si quid.* 6. *Inst. de fideiuss. l. idemque.* 10. *§. fideiussores.* 11. *ff. mand. l. si fideiussor.* 6. *C. eod.*; si pro nesciente, Actione negotiorum gestorum *l. ex mandato.* 6. §. 1. *ff. mand. d. l.* 6. *C. eod.* P.

[illegible] *Eckolt. loc. cit. §.* 33. *Harpp. ad d. §.* 4. *ex n.* 1. *ad* 25.

[illegible] *V. Harpp. ad d. §* 4. *Inst. de fideiuss. ex n.* 59. *ad* 66. *Eckolt. cit. tit. de fideiuss. §.* 35. *Vinn. ad eund. §.* 4. *Inst. de fideiuss. n.* 8.

[illegible] *Eckolt. loc. cit. §. fin. Harpp. ad d. §. si quid autem.* 6. *Inst. de fideiuss. n.* 1. *& seqq.* vbi, quibus nam casibus Fideiussor agat contra Principalem antequàm soluerit.

§. V.

§. V.

Literarum Obligatio.

Hæc hodie [a] contrahitur, quando quis scripsit, [illegible] quod speruit recipere [b], sed quod de facto non recepit *Inst. tit. de liter. obligat. tot. tit. C. de non num. pecun.* Hunc datur biennium ad excipiendum de non numerata pecunia *l. in contractibus. 14. C. de non num. pecun. tit. Inst. de lit. oblig. [illegible]* si tamen non sit Clericus, qui nullo lapsu temporis excluditur ab opponenda exceptione [c]. Hanc Exceptionem Debitor, quanuis non conuentus a Creditore chyrographario, potest denuntiare per modum Querelæ; & absoluetur, si Creditor non probet numerationem *l. si intra. 8. l. cum vltra. 9. l. in contractibus. 14. & auth. hanc autem. C. de non num. pecun.* [d].

II. Literarum obligatio intra biennium est merè Ciuilis; at post illud ex merè Ciuili sit Mixta, seu Efficax [e]. Ex ea datur Condictio certi, qua petitur Pecunia scripta, quasi Credita *l. aduersus. 5. l. in contractibus. 14. C. de non num. pec. Inst. de lit. oblig.*; vnde post biennium, istà obligatio non tam est ex Literis, quàm ex Mutuo præsumpto [f]. At hæc Præsumptio, cum sit tantùm Iuris, non verò Iuris, & de Iure, adhuc admittit probationem in contrarium [g]. Probatio non secutæ numerationis spectat post biennium ad Debitorem *l. in exceptionibus. ff. de probat.*; sicut, pendente biennio, probatio numerationis est onus Creditoris *l. ex cautione. 3. C. de non num. pecun.* [h].

a In quo antiquitùs consisteret Literarum obligatio *Vinn. Inst. hoc tit. n. 6. Harpprecth. ibid. n. 1. & aliquot seqq.*

b Subintellige, ex causa Mutui, vel Dotis *l. aduersus. 5. l. si cui. 15. C. de non num. pec.*: [illegible] communius est, hunc Titulum non habere locum in cæteris Contractibus *l. generaliter. [illegible] C. de non num. pec.* Quod tamen an verum sit *V. apud Harpp. ad tit. Inst. de lit. oblig. n. 8.*

c *Menoch. cons. 47. n. 9.*

d *V. Vinn. cit. tit. Inst. de lit. oblig. n. 4.* vbi, quòd, vltra Querelam, competit intra biennium consistenti Condictio sine causa *l. si quasi. 7. C. de non num. pec. l. fin. C. de condict. ex leg.* & Exceptio non numeratæ pecuniæ *l. si ex cautione. 3. l. aduersus. 5. l. si intra. 8. C. eod.* & exceptio doli *cit. l. ex cautione.*

e *Sutholt. dissert. 14. n. 66.*

f *Sutholt. d. dissert. 14. n. 67.*

g *Sutholt. ibid. n. 68. Oinot. ad tit. Inst. de lit. oblig. n. 11. V. tamen Harpp. ibid. ex n. 12. Vinn. ibid. ex n. 9. & n. 12.*

h *Oinot. ad cit. tit. Inst. de lit. oblig. n. 11. & 12.*

§. VI.

§. VI.

Contractus Consensuales.

I. HI sunt, qui ad sui perfectionem nihil desiderant, praeter Consensum Contrahentium *l. consensu. 2. §. 1. ff. de oblig. & act. l. obligamur. 52. ff. eod. Inst. tit. de oblig. ex cons.* sunt quatuor; Emptio Venditio, Locatio Conductio, Societas, Mandatum.

Emptio, Venditio.

II. EST: Contractus de re Emptori tradenda, & pretio in pecunia numerata Venditori dando [a]. Tria habet Substantialia; Consensum, Rem, Pretium *l. origo. 1. l. inter. 21. §. 1. l. nec emptio. 8. l. pacta. 72. in pr. ff. de contrah. empt. l. in venditionibus. ff. eod.*: non quia ad perficiendum hunc Contractum sit necessaria, & Rei traditio, & Pretij numeratio; sed quia necessariò Consensus debet versari circa Rem, & Pretium [b].

III. Consensus debet esse Purus; alioquin si est Conditionalis, Contractus non perficitur nisi impleta Conditione *l. hac venditio. 7. in pr. l. si quis fundum. 37. in fin. ff. eod.* Hinc, si Pacto Contrahentium Emptio debet fieri in Scriptis, poterunt antequam Scriptura interueniat Contrahentes pœnitere; quia nondum impleta est Conditio *pr. Inst. de contrah. empt. l. contractus. 17. C. de fid. Instrum.*

IV. Quando tamen Res venduntur ad pondus, numerum, & mensuram, licèt Venditio censeatur facta quasi sub Conditione ponderationis, etc. *l. quod sæpe. 35. §. 5. ff. de contrah. empt. l. 1. ff de peric. & comm. rei vend. l. 2. C. eod.*, solùm hinc oritur, quòd rei Periculum non transit in Emptorem ante Ponderationem, etc. [c], eo modo, quo transit statim in aliarum rerum venditione, etiam ante traditionem *§. cum autem. Inst. de empt. & vend. d. l. sæpè. §. 4. de contrah. empt. l. id quod post. 7. l. necessariò. 8. de peric. & comm. rei vend. l. 1. 4. & 5. C. eod.* Sed adhuc tamen statim obligatio est Pura; adeoque non est locus pœnitentiæ [d].

a *Sutholt. dissert. 15. n. 2.*
b *Sutholt. d. dissert. 15. n. 3. Mant. ad tit. Inst. de empt. & vend. n. 13.*
c *Sutholt. dissert. 15. n. 10. & 11. V. Vinn. ad §. cum autem. Inst. de empt. & vend. n. 4.*
d *Ozer. §. emptio. Inst. de empt. & vend. n. 1.*

V. Pœni-

V. Pœnitentia quippe neque in hoc, neque in vllo alio Contractu Nominato habet locum, re etiam integra, postquam purè interuenit Consensus circa Substantialia *l. sicut initio. C. de oblig. & act. l. in commodato. 17. §. sicut 3. ff. commod.*: nisi In scriptis celebrari placuerit; tunc enim locus est Pœnitentiæ, & potest Emptor, vel Venditor impunè recedere *pr. Inst. eod. vers. donec. l. contractus. 17. C. de fid. instrum.* [e]. Diuersum est in Contractibus Innominatis, in quibus non solùm locus est Pœnitentiæ re integra, quanuis alter implere offerat *l. dedi tibi. 3. §. 2. ff. de condic. caus. dat. caus. non secut.*, quia neuter egit, vt se alteri obligaret, sed alium sibi [f]: sed etiam re non integra, hoc est quando aliquid fieri cœperit, vel alter facere parauerit; tunc enim qui implere non vult tantùm potest Condictione cogi, vt data reddat *l. si pecuniam. 5. §. 3. ff. de condict. caus. dat.* [g] modò non interpositum fuerit Iuramentum *Gloss. ad d. l. si pecuniam. 5. ff. de condict. caus. dat. etc.* [h].

VI. Quando in Emptione, & Venditione est locus Pœnitentiæ, impunè recedere conceditur (sunt verba *in pr. Inst. de empt. & vend. vers. ita tamen*) nisi iam Arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis Venditio celebrata sit, is qui recusat adimplere Contractum, si est Emptor, perdit quod dedit; si verò Venditor, duplum restituere compellitur, licèt super arrhis nihil fuerit expressum. Id non procedit in rigore, quando res non est integra, vt infertur ex *dicto vers. ita tamen*; nisi expressè sit actum contrarium inter Contrahentes; vel alter lucro arrharum contentus, Actionem ex empto omittat *d. l. contractus. 17. C. de fid. instrum.* [i].

VII. Res, super quibus cadit Consensus, sufficit quod sit in commercio saltem in spe: vnde valet Emptio Iactus aleæ, retis, etc. *l. nec emptio. 8. ff. de contrah. empt. l. si iactum. 12. ff. de act. empt.*; quibus

e *Vinn. ad d. vers. donec. Bachon. ad d. pr. Inst. de empt. & vend. num. 1.* vbi quòd, Scriptura nondum secuta, Contractus est adhuc imperfectus.

f *Tabor. loc. comm. V. Pœnitentia. ax. 4. limit. 1.*

g Veriùs est, eum, qui impleuit, alternatiuè posset agere; vel ad id, quod interest, vel vt datum recipiat V. *Innaturalis. 5. §. et siquidem. ff. de præscript. verb.* & ibi *Gothofred. in not. n. 38. & Add. ad Eckolt. ff. de condict. caus. dat. etc. §. 2.* V. tamen *Cyriac. contr. 270. ad fin.*

h *Harpp. ad §. sequens. 2. Inst. de oblig. n. 22. Oinot. ibid. n. 13. & 14. Tabor. cit. V. Pœnitentia. ax. 4. per tot.*

i V. *Bachon. ad pr. Inst. de empt. & vend. Eckolt. ad tit. de contrah. empt. §. 6.* vbi *Add.* & pleniùs *Vinn. ad tit. Inst. de empt. & vend. a n. 12. Harpp. ad pr. Inst. eod. a n. 91. ad 121.*

casibus, si in iactu aliquid pretiosum extractum sit, non ad Emptorem, sed ad Venditorem spectat [k].

VIII. Si tam Emptor, quàm Venditor ignorent, Rem esse extra Commercium, valet Obligatio de stricto iure *l. hanc legem*. 22. *l. littera*. 51. *l. liberi hominis*. 70. *ff. de contrah. empt.* ita vt Venditor possit conueniri ad interesse; sed defenditur Exceptione iustę Ignorantię, & tantùm pretium restituere cogitur *arg. l. si fundus. ff. locat.* Si vterque sciat, nulla contrahitur Obligatio *l. si in emptione*. 34. §. 3. *l. domum*. 57. §. 3. *ff. eod.* Si Emptor tantùm sciat, Venditor non obligatur ipsi §. *fin. Inst. eod. l. sed Celsus*. 6. *in pr. d. l. domum*. §. 2. *ff. eod.*: nec tamen Venditor potest consequi aliquid, nisi Emptor vltro promissum præstet *d. l.* 34. §. 3. Si Venditor tantùm sciat, obligatur Emptori ad interesse §. *fin. Inst. eod. & d. l.* 34. §. 3. *d. l. domum*. 57. §. 1. *ff. eod.* [l].

IX. Emptio Rei propriæ nulla est: nam quod semel meum est, amplius meum fieri nequit *l. et si consensum*. 15. §. *fin. l. suæ rei*. 16. *in pr. ff. eod.*; nisi fortè emat quis Possessionem, aut Ius aliquod, quod alteri in re propria competit *l. si debitor*. 39. *in pr. d. l.* 34. §. 4. *d. l. suæ rei*. 16. §. 1. *ff. eod.* [m].

X. Rei alienæ [n] subsistit Venditio *l. rei alienæ*. 28. *ff. eod.*, quia Venditor non præcisè dominium rei venditæ transferre cogitur *l. si ita distrahatur*. 25. *ff. eod.*; sed satis est, quòd præstet rem litere habere, & Conditionem vsucapiendi *l. seruus*. 30. §. 1. *ff. de act. empt.* [o] & præterea tenetur de Euictione, quę obligat ad id, quod interest *l.* 11. §. 2. *cit. l. seruus*. §. 1. *de act. empt. & tot. tit. de euict.*: nisi pacto excludatur *l. ex empto*. 11. §. *fin. ff. de act. empt.*, cum Euictio sit de Naturalibus *l. si in venditione*. 60. *ff. de euict.* [o].

XI. Non solùm venit in hoc Contractu Res, sed quidquid rei cohæret tempore venditionis, tanquam eius pars *l. Rutilia*. 69. *l. in lege* 77. *ff. de contrah. empt. l. si aquæ*. 47. *& seqq. eod.*; est enim Venditio Contractus bonæfidei *l. Titius*. 48. *ff. de act. empt.* Rei autem periculum, etiam ante traditionem, transit in Emptorem, quia Venditor tenetur tantùm de leui culpa, non de casu fortuito, vt innuimus supra *ex* §. *cum autem*. *Inst. de empt. & vend. & l. id quod*. 7. *l.*

k V. *Eckolt. ff. de contrah. empt. sub §.* 4.
l V. *Eckolt. ff. de contrah. empt. §.* 4. *Vinn. ad §. fin. Inst. de empt. & vend. n.* 2.
m *Eckolt. cit. §.* 4.
n Res aliena potest venire in Contractum tripliciter: de quo V. tres Regulas apud *Eckolt. tit. ff. commodati sub §.* 3.
o *Harpp. ad §. sequens*. 2. *Inst. de oblig. n.* 62.

neſſario. §. ff. de peric. & comm. rei vend. & Venditor non conſideratur vt Dominus, ſed vt Debitor p.

XII. Datur etiam Venditio annuorum Reddituum, qui appellantur Cenſus; qui eſt Emptio Iuris percipiendi ex certo, modo fructifero permiſſum portionem fructuum, in pecunia, intra taxatam, & promiſſam quantitatem. In hoc Contractu ſeruanda ſunt omnino requiſita in Bulla Pij Quinti q.

XIII. Pretium in Emptione, & Venditione debet conſiſtere in Pecunia numerata; aliàquin erit non Venditio, ſed Contractus Innominatus §. *item pretium. 2. Inſt. de empt. & vend. l. origo. 1. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 9. C. eod. l. penult. C. de rer. permut.* Eſſe debet Certum; idque vel in ſe, vel per relationem ad aliud, v. g. ad arbitrium Tertij (non autem vnius Contrahentium *l. quod ſæpè. 35. §. 1. ff. de contrab. empt. l. in venditis. 13. C. eod.*) §. *pretium. Inſt. de empt. & vend. l. ſuper rebus. fin. C. de contrab. empt.* vbi, quòd ſi arbitrium non ſequatur, Emptio eſt nulla. Hinc non valet Venditio vno nutu facta *l. ſi quis, 49. ff. locat.*: habenda eſt enim pro imaginaria, & incerta; quæ non ſubſiſtit *l. imaginaria. 16. ff. de reg. Iur.* niſi fortè interuenerit animus donandi *l. ſi vſufructus. 6. in fin. ff. de iur. dot.* r.

XIV. Debet item Pretium eſſe Iuſtum. In hoc ſi conſideretur Iuſtitia, & Æquitas naturalis, requiritur exacta Proportio cum re: verùm de Iure ciuili ſufficit ea proportio, per quam non ledatur dimidia iuſti pretij: idque ob publicam vtilitatem, ne in frequentiſſimo, & neceſſario Contractu, litium multitudine Reſpublica oneretur s. Hinc & receptum eſt, quòd in quibuſuis Contractibus naturaliter permittitur (modò abſit dolus malus *l. & elegantèr. 7. in pr. & §. vlt. ff. de dol. mal. l. ex empto. 11. §. 5. de act. empt. l. ſi dolo. 5. C. de reſcind. vend.*) Contrahentibus ad inuicem ſe decipere *l. in cauſa 16. §. iiſdem. ff. de min.*: quo naturaliter, hoc eſt Iure gentium, Commercia inſtituta ſunt eo voto, vt quiſque per induſtriam non dolo-

p V. *Bachou. ad §. cum autem. Inſt. de empt. & vend. V. etiam Vranol. conſult. for. cap. 5. a n. 71. & Eckolt. ad tit. ff. de peric. & commod. rei vend. & Vinn. ad d. §. cum autem. Inſt. de empt. & vend.* vbi quando nam Emptio, & Venditio dicatur perfecta, materia agatur de rebus ijs, quæ numero, pondere, & menſura conſtituntur.

q Adeſt ad eam plenus Tractatus *Ludouici Cenſij, De Cenſib.*

r V. *Eckolt. ad d. tit. de contrab. empt. ſub §. 5. Vinn. ad §. 1. & 2. Inſt. de empt. & vend. Harpp. ad d. §. 1. ex n. 13. Sutholt. diſſert. 19. n. 17.*

s *Eckolt. ad d. tit. ſub §. 5. Harpp. ad §. pretium autem. 2. Inſt. de empt. & vend. ex n. 18.*

sam, augeat suum lucrum, etiam cum alieno dispendio *l. si voluntate. C. de rescind. vend.* [t]. Hæc naturalis Facultas circumueniendi in negotijs debet esse Moderata; & talis censetur, quoties læsio est infra medietatem iusti pretij, iuxta *l. 2. C. de rescind. vend.*, per quam si læsio sit enormis, hoc est excedat medietatem, Venditor vel agit ad Rescissionem contractus, vel ad pretij Supplementum. Neque euitatur remedium *l. 2.* offerendo illud, quod deest pretio, vsque ad dimidiam; quia lex iubet, vel contractum rescindi, vel iustum pretium suppleri; & iustum pretium in Iure non dicitur, in quo ad est deceptio, licèt tolerata [u]. Hæc Lex habet locum etiam in alijs Contractibus similibus Venditioni [x], vt in Datione in solutum, voluntaria tamen; in Locatione; in Permutatione: non verò in venditione sub hasta ex Iudicis Auctoritate; nec in datione in solutum necessaria, vt quæ fit per æstimationem Auctoritate publica *Auth. nisi debitor. C. de solut.* [y]; nec in Transactione, quæ rescindi nequit ex enormi, sed tantùm ex enormissima læsione [z]. Et dictæ Legis remedium in praxi competit etiam Emptori, quanuis Punctus sit controuersus in Iure [a].

Locatio, Conductio.

XV. LOcatio alia est Rerum, alia est Operarum *l. si tibi. 5. & duab. seqq. l. si quis domum. 9. l. si merces. 25. §. 1. ff. locat. l. item quæritur. 13. §. 1. & seqq. l. in operis. 26. l. qui operas. 38. ff. eod.* In prima Locator dicitur, qui dat rem vtendam sub certa mercede; & Conductor, qui rem accipit vtendam: in secunda ex diuerso respectu ad Opus, & Operam, idem dicitur Locator, & Conductor: nam Locator Operis, Operæ Conductor; Conductor Operis, Operæ Locator dicitur *l. item si. 22. §. 1. & 2. ff. locat.* [b].

t *Gonzalez. ad c. cum dilecti. de empt. & vend. V. tamen Mancin. disq. genial. cap. 57. n. 6.* vbi non insubtiliter distinguit.

v *Gonzalez. Tellez. ad d. c. cum dilecti. de empt. & vend. n. 2.*

x *Gonzal. ibid. n. 6. vers. secundò quæri.*

y *Gonzal. Tell. ibid. d. n. 6. Harpprecht. ad §. fin. Inst. de empt. & vend. ex n. 137. ad 245.*

z *Valeron. de transact. tit. 6. quæst. 2.*

a *Gonzal. ibid. n. 7. V. Gothofred. in not. l. 1. §. sed si emerit. ff. si quid in fraud. patron.*

b *Suthelt. dissert. 15. n. 33. & aliquot seqq. Vinn. ad pr. tit. Inst. de locat. & conduct. Eckolt. ad tit. ff. locat. §. 3.*

XVI. Sub-

XVI. Substantialia huius Contractus sunt tria; Consensus; Res, seu Opera; Merces *pr. Inst. de locat. & conduct.* c.

XVII. Consensus sufficit etiam Tacitus; vt quando quis Ædes inhabitat, sciente, & patiente Domino, respondendo singulis annis certam pensionem: vel quando post finitam Locationem Conductor continuat in re conducta; nam censetur renouata Locatio saltem in annum in prædijs rusticis; & in vrbanis vel prout Conductor habitauerit, vel quousque aduenerit tempus, ex generali vsu (si fortè adsit) nouis locationibus, & conductionibus destinatum *V. l. item quæritur.* 13. *§. qui impleto. fin. l. qui ad certum.* 14. *ff. locat. l. legem.* 16. *C. de locat.* d.

XVIII. Possunt locari quæ possunt vendi e. Merces debet consistere in Pecunia; alioquin Locatio transiret in Contractum innominatum *§. præterea.* 2. *Inst. de locat. & conduct.* Potest tamen pars fructuum fundi promitti loco Mercedis, & subsistit vera Locatio *l. et hæc.* 35. *§. vlt. ff. locat. l. si olei.* 21. *C. eod. f.*

XIX. Locator nequit expellere Conductorem, pendente Locatione, nisi ipse Ædibus locatis opus habeat; vel Conductor in re conducta malè versetur; aut pensionem non soluat *l. hinc.* 3. *C. de locat.* Conductor potest petere Remissionem mercedis ob damnum immodicum *l ex conducto.* 15. *§.* 1. *& seqq. l. si merces.* 25. *§.* 6. *ff. locat.*, modò contigerit sine sua culpa *l. ex conducto.* 16. *in fin. ff. locat.* g; vel ipse non susceperit in se casum fortuitum *l. si quis fundum.* 10. *in pr. ff. locat.* h. Cum enim Locatio sit quasi Venditio fructuum, inuoluit conditionem, si fructus percipiantur i. Hinc ex æquitate remittitur Pensio, non tamen ob qualecumque damnum, sed immodicum: & dicitur tale, quod medietatem fructuum excedit k.

XX. Affinis est Locationi Emphyteusis, quæ est: Contractus bonæ fidei consensualis, quo prædium promittitur alteri fruendum, sub

g *Sutholt. dissert.* 15. *n.* 39. *V. Vinn. & Harpp. ad pr. tit. Inst. de locat. & conduct.* vbi iura.

d V. *Pacion. de locat. cap.* 64. *per tot.*, vbi latè, quæ veniant in huiusmodi tacitis Relocationibus. *Eckolt. ad tit. ff. locat. & cond. §.* 2. *& ibi Add. Harpp. ad pr. tit. Inst. de locat. & cond. n.* 27.

e De his latè *Eckolt. ad tit. ff. locat. §.* 3. *& 6. Harpp. ad pr. tit. Inst. de locat. & cond. ex n.* 29. *ad* 40.

f *V. Eckolt. loc. cit. §.* 6. *Sutholt. dissert.* 25. *n.* 42.

g *Pacion. de locat. cap.* 46. *n.* 78. *& 79.*

h *Pacion. cit. tract. cap.* 49. *ex n.* 21.

i *Eckolt. cit. tit. ff. locat. §.* 9. *ibi Add.*

k *Pacion. de locat. cap.* 47. *per tot.*

Digitized by Google

lege meliorationis, & certa præstatione annua l. Effectus eius est, quòd ante acquisitionem, per Actionem personalem agit Emphyteuta, ad hoc vt Dominus directus rem emphyteuticam tradat: post acquisitionem verò, Emphyteuta habeat Ius in re, seu vtile Dominium, & vtilem rei vendicationem m.

XXI. Ex natura Emphyteusis, interitus totius rei spectat ad Dominum directum; damnum verò partiale ad Emphyteutam §. *adeò autem. 3. Inst. de locat. in fin. l. ius emphyteuticarium. 1. C. de iur. emphyt.* Hinc si agatur de rigorosa Emphyteusi, in qua pensio soluitur in recognitionem Dominij directi; non verò correspondet fructibus (nam in hoc casu potiùs regulatur Locationis legibus, ob sterelitatem, cum sit damnum partiale, non remittitur pensio *d. l. 1. C. de iur. emphyt.* n.

XXII. In Emphyteusi, vtile Dominium ita transit in Emphyteutam, vt illud possit alteri locare, donare, legare, etc.; saluo tamen Iure Domini directi, cuius Consensus requiritur; & cui Prælatio conceditur *l. fin. C. de iur. emphyt.* o.

XXIII. Emphyteuta cessans a solutione Canonis in Emphyteusi ciuili per triennium, in ecclesiastica per biennium, cadit de Iure communi a suo Iure *l. in emphyteuticarijs. 2. C. de iur. emphyt Nouell. 120. cap. 8. auth. qui rem. C. de Sacros. Eccles.*; & quidem ipso Iure, ita vt opus sit tantùm sententia declaratoria. Potest tamen remitti caducitas vel expressè, vel etiam tacitè; nimirum per receptionem Canonis maturati post incursam caducitatem p.

XXIV. Affinis est etiam Locationi Contractus Libellarius, qui est: Conuentio, qua per scripturam venditur res, constituta certa pensione, soluenda in singulos annos sub ea lege, vt condicto tempore Contractus renouetur, & iterum pretium certum, aut arbitrarium præstetur q.

l *V. Vinn. ad §. adeò autem. Inst. de locat. & condu. Harpp. ibid. n. 4. & seqq. in Echols. ad tit. ff. locat §. 11.*

m *V. Echols. ff. loc. cit. §. 11. Vinn. ad d. §. vt autem. Inst. de locat. n. 10. Harpp. ibid. n. 375. & seqq.*

n *Vinn. ad §. 3. Inst. de locat. & cond. Echols ad tit ff. locat. §. 11.*
Alienatio gratuita valet sine consensu Domini directi, cui in ea non competit Prælatio; sed solùm requiritur, quod acquirens recognoscat ipsum Dominum directum *Rub in annot. ad decis 131. par. 8 rec. a n. 121.*
Neque Consensus requiritur in Hypotheca fructuum rei emphiteuticæ *Conciol. alleg. 16. n. 18. & alleg. 63. n. 30. 31.*

o *Vinn. ad d. §. 3. Inst. de locat. & conduct. n. 5. Echols. ff. locat. §. 11. & ibi Add.* penes quos plura de Purgatione mo-
Et circa materiam hanc Emphyteusis V. latiùs apud *Harpp. ad d. §. adeò autem. Inst. de locat. & conduct.*

p *V. Echols. cit. tit. ff. locat. §. 12. & ibi Add.*

Societas.

Societas.

XXV. Est: Contractus consensualis, de communicandis fortunis, & operis, lucri gratia [1]. Alia est Societas Specialis, quæ respicit tantùm vel vnam negotiationem, vel vnam rem *l. societates. 5. in pr. l. actione. 65. in pr. ff. pro soc. l. cum proponas, 24. C. eod. pr. Inst. de societ.*: alia est Generalis, quæ subdiuiditur in Societatem omnium Bonorum, per quam communicantur quæcunque Bona, etiam futura, quouis titulo, & quauis causa honesta acquisita *d. prin. tit. Inst. de societ. l. ea vero. 2. §. 1. d. l. societates. 5. l. si societatem. 73. ff. eod.* imò & iniuriæ *l. cum duobus. §. 26. ff. eod.* & in Societatem, quæ simpliciter dicitur Bonorum, per quam communicantur ea tantùm, quæ ex quæstu, negotiatione, vel opera Socij prouenium; non verò quæ aliunde cuique acquiruntur *l. coiri. 7. cum aliquot seqq. ff. pro soc.* [2]. X

XXVI. Differunt Communio, & Societas. Communio vel est inter puros Dominos pro indiuiso, vel inter plures Hæredes retinentes Hæreditatem indiuisam *l. vt sit. 31. iunctis tribus seqq. ff. pro soc.* Inter primos datur Actio communi diuidundo; inter alios, Familiæ erciscundæ *l. quibus casibus. 34. ff. eod. & tit. ff. & C. comm. diuid. & famil. erciſc.* Societas non supponit Communionem dominij, sed Communicationem lucri; & parit Actionem pro socio *l. pro socio. 38. §. 1. l. si vnus. 67. ff. pro soc.* [3].

XXVII. Hinc Contractus hic pendet a Contrahentium Pactis *§. et quidem. 1. §. quòd si expressè. Inst. de societ.* Non tamen valet Pactum, quòd alter ex Socijs totum damnum, alter totum lucrum percipiat; quæ dicitur Societas Leonina, & reprobatur in *l. si non fuerint. 29 ff. pro soc.* [4].

XXVIII. Illud est speciale in Societate, quòd non transeat ad Hæredes Socij; quia eligitur personæ Industria *§. soluitur. 5. Inst. de societ. l. verum est. 63. §. fin. l. actione. 65. §. 9. ff. pro soc.* [5].

1 V. *Vinn. ad titulum. Inst. de societ. Eckolt. ad tit. ff. pro socio. §. 1.*
2 *Eckolt. ad tit. ff. pro soc. §. 2. Vinn. ad pr. tit. Inst. de societ. Harpp. ibid.*
3 V. *Vinn. Inst. de Societate ad pr. Harpp. ad pr. Inst. eod. vsque. &. Eckolt. ad tit. ff. pro soc. §. 4. 5. & 6. & ad tit. ff. comm. diuid. & famil. erciſc.*
4 *Eckolt. ad tit. ff. pro soc. §. 3. Vinn. & Harpp. ad §. 1. 2. & 3. Inst. de societ.*
5 Alios Modos, quibus soluitur Societas V. *in l. verum est. 63. §. fin. ff. pro soc. & in §. 4. 5. 6. 7. & 8. Inst. de societ. & ibi Vinn. & Harpp.*

Digitized by Google

Mandatum.

XXIX. ESt: Contractus, qui consensu perficitur, circa negotium gratis expediendum 1. Cuius gratia fieri possit Mandatum, habetur in *l. 2. ff. mandat. & in pr. & §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Inst. de mand.* Negotium debet esse futurum, non præteritum *l. si verò. 12. §. si post. 14. ff. mand.*; honestum, & licitum; nam rei turpis Mandatum nullum est *l. si remunerandi. 6. §. 3. & l. si verò. 12. §. 11. ff. mand. §. illud quoque. 7. Inst. de mand.* Idque verum est etsi iuramento confirmetur *c. non est obligatorium. 58. de reg. iur. in 6. 2.* Si Mandatum non suscipiatur gratis, est Locatio, vel Contractus innominatus *§. fin. Inst. de mand. l. 1. §. vlt. ff. mand. l. si tibi. 22. ff. de præscript. verb.* Honorarium tamen interuenire potest *l. si remunerandi. 6. ff. mand.* 2.

XXX. Mandatarius, post Mandatum susceptum obligatur ad illud exequendum *§. mandatum. 11. Inst. de mand. l. si mandauero. 22. §. fin. l. si quis. 27. §. 2. ff. mand.*; secundùm tamen formam præscriptam; nam si Mandati fines excedat, nec obligat Mandantem, nec vti potest Actione mandati *§. is qui exequitur 8. Inst. de mand. l. præterea. 3. §. 2. l. diligenter. 5. l. ita. 36. §. 2. l. potest. 41. ff. mand.* b.

XXXI. Soluitur Mandatum vel contraria voluntate tam Mandantis, quam Mandatarij, re tamen integra *§. rectè quoque. 9. §. mandatum. 11. Inst. de mand. l. si verò. 12. §. si mandauero. 16. l. si mandatum. 15. l. si mandauero. 22. §. 11. ff. mand.*: vel morte aut Mandantis, aut Mandatarij, re pariter integra *§. item. 10. Inst. de mand. l. inter causas. 26. in pr. l. si quis 27. §. morte. 3. ff. mand.*; quia Voluntas hominis morte finitur *l. locatio. 4. ff. locat.* Quòd si Mandatarius ignoret mortem Mandantis, & post illam exequatur Mandatum, habet vtilem Actionem mandati *cit. l. inter causas. 26. in pr. ff mand. cit. §. item. 10. Inst. de mand.* Pariter cum Mandatum non potest expleri nisi post mortem Mandantis, per eius mortem non expirat *l. si verò. 12. §. fin. ff. mand. l. idem est. 13. ff. eod.* c.

1 *Eckolt. ad tit. ff. mand. §. 1.*
2 *Harpp. ad §. illud quoque. 7. Inst. de mand.*
a *Eckolt. ad tit. mand. §. 4.*
b *Harpp. ad d. §. is qui exequitur. 8. Inst. de mand. Vinn. ibid., vbi n. 2. quid de publicis Legatis.*
c V. *Eckolt. ad tit. ff. mand. §. 8. Vinn. & Harpp. ad §. 9. 10. Inst. mand.*

XXXII. Man-

Digitized by Google

XXXII. Mandatum aliud Generale, aliud Speciale: primum non sufficit, quando secundum a lege exigitur *V. clem. non potest. de procur. l. 1. §. 1. l. 58. 60. 63. ff. de proc. & defens. l. 25. §. 1. ff. de minorib.* d.

d *V. Harpp. ad pr. & §. 1. & seqq. Inst. de mand. ex n. 24. Eckolt. ad tit. ff. de procur. & defens. Barbos. de clausul. clausul. 35. vbi, quibus in casibus necessarium sit Mandatum Speciale.*

§. VII.

Quasi Contractus.

I. Ita denominantur ex tacita Conuentione, per quam Iuris præsumptione contrahitur Obligatio inter Ignorantes, aut etiam Inuitos *ex §. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. l. 2. ff. de negot. gest.* a. Quinque recensentur *in tit. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. & in l. 5. ff. de oblig. & act.* b.

II. Primus est Negotiorum gestio; quando quis alterius absentis, vel etiam præsentis, sed ignorantis, nec potentis mandare, negotia vtiliter gerit *l. si quis absentis. 5. de oblig. & act. l. si quis absentis. 2. de negot. gest. §. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. l. ait Prætor. 3. §. 5. de neg. gest.* Is (sicut & Mandatarius) tenetur de omni culpa, etiam leuissima, saltem quando alius diligentior negotium fuisset gesturus *§. igitur vers. quo casu. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. l. a procuratore. 13. C. mand.* c.

III. Secundus est Administratio Tutelæ. In hac nullum negotium inter Pupillum, & Tutorem contrahitur; ac proinde ex solo Quasi contractu tenentur; ex quo mutuæ sunt Actiones *§. tutores. Inst. eod. l. si quis absentis. 5. §. 1. ff. de oblig. & act.* d.

IV. Tertius est Communio rerum, vel Iuris Universalis, absque consensu, seu Societatis contractu; ex qua oriuntur Actiones vel Communi diuidundæ, vel Familiæ erciscundæ *§. item si. §. idem ratio. 4. Instit. de obl. quæ quas. ex contr. l. item Labeo. 20. §. 4. fam. ercisc. l. per hoc. 4. §. 3. comm. diuid.* e.

a V. *Vinn. & Harpp. ad pr. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.*

b Alias Species V. *apud Harpp. ad d. pr. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract. n. 6.*

c *Harpp. ad §. Instit. de mand. & ad §. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. Vinn. ibid. Eckolt. ad tit. ff. de neg. gest. §. 1. & 2. & per tot.*

d *Vinn. & Harpp. ad §. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.*

e *Harpp. & Vinn. ad §. 1. & 4. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.* & ad hunc locum pertinet materia *Tit. ff. de fam. ercisc. & comm. diuid.*

V. Quartus est Aditio hæreditatis, per quam Hæres obligatur Legatarijs, & Fideicommissarijs soluta ex Quasi contractu, quia hi nullum negotium proprie dici possunt gessisse qui cum Hærede, aut cum Defuncto §. *hæres quoque. 5. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract.* §. *si quis absentis. 5. Inst. de hæred. quæ. de oblig. &* act. l. 3. §. *ult. &* l. 4. *ff. quib. ex caus. in poss. etc.*; vnde agere possunt Aditione ex testamento §. *sed olim. 2. Inst. de leg. l. quæsitum. 9.* §. *ult. & passim de legat.* 1. Creditoribus verò hæreditarijs, per Aditionem obligatur Hæres ex vero Contractu, eodem modo, quo obligabatur Defunctus, cuius personam representat *l. stipulationum. 2.* [illegible] *ex his igitur. 2. Inst. de oblig. &* act.

VI. Quintus est Indebiti solutio, per quam non inducitur verus, sed [illegible] *Inst. quib. mod. toll. oblig.* §. *si quis absentis. 5.* §. *ult. quoque. 3. ff. de oblig. &* act.

§. VIII.

De modis tollendæ Obligationis.

TOllitur Obligatio vel per Exceptionem, vel ipso Iure. De primo modo agitur in *tit. Inst. de excep.* Ipso Iure tollitur Solutione, Acceptilatione, Novatione, Contensu contrario *Inst. quib. mod. toll. oblig.* 2.

II. Solutio alia est Vera, alia Ficta: Vera est Realis præstatio eius, quod debetur *l. solutam. 49. in pr. ff. de solut.*; nec enim aliud pro alio, aut pars tantum eius, quod debetur, solvi potest invito Creditori *l. 2.* §. *1. ff. de reb. cred. l. cum a quo. 16. C. de solut.* licet necquicquid dicta solvi potest eidem Creditori invito, quia licet dies [illegible] Debitori, spe tamen non est vtilis Creditori Solutio [illegible] neque in hac beneficium potest *l. inutiliter 69. ff. de reg. iur.* c.

a Sichardus differt. 17. n. num. 8. Myns inger. ad tit. Inst. quib. mod. toll. oblig. Echolt. ad tit. ff. de solut. §. 17.

b Cedula bancharia, & S. Montis habet vim veræ, & actualis Solutionis Rot. par. 19. [illegible]

[illegible] Solutio [illegible] V. tamen si plures in [illegible] Sichardus d. differt. Harpprecht. ad tit. Inst. quib. mod. toll. oblig. n. 16. Echolt. ad tit. ff. de solut. §. 3. [illegible]

III. Solutio Ficta, seu Imaginaria, specialiter inducta de Iure ciuili, dicitur Acceptilatio §. 1. *Inst. quib. mod. toll. oblig. l. verborum.* 107. *ff. de solut.*; quæ est: Debiti stipulati remissio per aliam stipulationem. Ad tollendam quippe Obligationem contractam per stipulationem, non sufficit Pactum de non petendo, quia hoc tollit Obligationem ope exceptionis, at non ipso iure [illegible]. Cum Acceptilatio de sui natura tollat solas Obligationes ex stipulatione, consequitur, quòd nequit tollere alias Obligationes, nisi priùs illæ nouentur per stipulationem Aquilianam, vt ex §. *item per. vers. sed & id. Instit. quib. mod. toll. oblig. l. an inutilis.* & §. *acceptum.* 3. *ff. de acceptil. l. & vno.* 18. §. 1. *ff. eod.* [f].

IV. Dantur etiam extra Acceptilationem aliæ species Fictæ Solutionis; vt Solutio præsumpta ex diuturno Creditoris silentio, concurrentibus circumstantijs inopiæ, & diligentiæ in creditore, & idoneitatis, & promptitudinis in debitore *l. Procula. ff. de probat.* [g]. Compensatio *l.* 1. *& tot. tit. ff. de compensat.* [h]. Cessio, quando facta est pro soluto, seu cum vera delegatione *l.* 3. *in fin. C. de nouat.* [i]. Liberatio, etiam gratuita, expressè facta vel inter viuos *l.* 5. *C. de pact. l.* 2. *ff. eod.*, vel per vltimam Voluntatem *tot. tit. ff. de liber. leg.* [m]: Confusio Actionum, ex eo quòd vel Debitor sit Hæres Creditoris, vel Creditor Debitoris *l. si id.* 21. §. 1. *ff. de liber. leg. l. verborum.* 107. *ff. de solut.*; qui tamen modus cessat per beneficium Inuentarij, etc. [n].

V. Nouatio est præcipua species Solutionis fictæ, per quam tollitur obligatio ipso iure, vt ex §. *præterea. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Est autem: Prioris obligationis in nouam transfusio *l. nouatio.* 1. *in pr. ff. de nouat. & delegat.* Ad eam requiritur expressus animus; nec enim vnquam præsumitur *d.* §. *præterea*: & *l. omnes.* 2. *ff. l. fin. C.*

f *Bachou. ad §. item per. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

g *Munsinger. ad §. item per. Inst. quib. mod. toll. oblig. n.* 3. *Manz. ibid. n.* 8. *& seqq.* vbi quòd hodie Obligatio ex stipulatione tollitur per pactum, quia pactum hodie parit a[illegible].

h *V. Eckolt. ad tit. ff. de acceptil. §.* [illegible] *Manz. ad d. §. item per. n.* 21. *& seqq. & ad §. est autem* [illegible] *eod.*

i Ad materiam *V. Caren. resol.* 108. *Matt. mod. exam.* 53. *Post. resol.* 41. *Merend. contr. lib.* 2. *cap.* 18. *Deluc. de Cred. disc.* 132. *& in Summ. n.* 206. penes quos, quòd in rigore dicitur materia *l. Procula* a materia præsumptæ Solutionis & de Præscriptione statutaria.

k *V. Eckolt. ff. de compens. Deluc. de cred. & deb. in summ. n.* 224. *& seqq.*

l *V. Eckolt. ad tit. ff. de* [illegible] *§.* 13. *&* [illegible] *cit. summ. de cred. & debit. n.* 228. *vsq. ad* 238.

m *Eckolt. de solut. §* 15. *Deluc. cit. summ. de cred. & deb. n.* 239. *& seq.*

n V. latè *Eckolt. de solut. ex §.* 12. *Deluc. cit. summ. de cred. & deb. n.* 241. *& seq.*

de

IV. Tenetur furti non solùm Fur [illegible] sed etiam is, cuius ope, & consilio Furtum factum est §. *interdum quoque. Inst. eod. l. is qui opem.* 34. *ff. de furt.*; idque non solùm si concurrerit ope, & consilio, sed etiam si distinctim, vel opem solam praebuerit *l. qui seruo.* 36. §. 1. *ff. de furt.*, vel consilium; dumtaxat *l. si quis uxori.* [illegible] *l. neque verbum. de furtis.* 50. §. vltim. *Pothier. ff. de furt. n. 53.* §. *fin. ff. de verb. signif.* Neque obstat, quòd in §. *vero. Inst. eod.* subdat Imperator, non teneri furti qui tantùm consilium dedit. Nam, reiecta explicatione eorum, qui hoc intelligunt quando Furtum non est secutum illi; quia haec explicatio aperte repugnat *d. l. 52.* §. *neque verba. & d. l. 53.* §. *fin. ff. de verb. signif.*, quibus locis effectus secutus respicit tam opem ferentem, quàm consilium dantem: rectior videtur expositio vel eorum, qui interpretantur, dantem dumtaxat consilium non teneri furti, quando consilium fuit datum simpliciter, & in genere, non verò super furto, hìc, & nunc faciendo; vel qui exponunt, consilium dantem, siue furtum sit secutum, siue non, teneri quidem Actione furti, sed non Condictione furtiua, prout distinguit *I. C. in d. l. 53.* §. *fin. nam sic enim. ff. de verb. signif.* [illegible]

V. Furtum verò committitur etiam ab his, qui in Parentum, vel Dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt; sed inter hos furti Actio non nascitur, quia neque ex alia causa potest inter eos Actio nasci, vt in §. *hi qui in parentum. Inst. eod. l. nec enim.* 16. *l. furti.* 17. *ff. de furt.*; tenentur tamen Actione furti, qui Filiofamilias, aut Seruo opem, vel consilium praestant *d. §. hi qui in parentum. Inst. de obligat. quae ex del. l. qui seruo.* 36. §. *idem. Ponponius.* 1. *ff. de furt.* Idem procedit in Vxore, Marito rem auferente *l. si quis.* 52. *ff. de furt. l. 1. & not. ff. de act. rer. amot.* Vtriusque ratio est, quia reuera adest Furtum, sed ex specialibus rationibus denegatur Actio furti. Sed contra Seruum nulla Actio *cit. l. serui.* 17. *ff. de furt.*; contra Filiumfamilias Actio vtilis in factum, si habeat Peculium castrense *d. l. 52.* §. *sed si filius. ff. de furt.*; contra Vxorem competit Actio rerum amotarum *l. 1. & 2. ff. rer. amot. l. fin.* §. 4. *C. de furt.*

a An Consilium ad crimen sit Crimen *V. Ant. Matth. de Crim. Prolog. dup. 1. n. 7.* & in specie in furto *Matth. de furt. cap. 1. sub n. 10.*

An teneantur consilium dans, si Reus absque consilio fuerit secuturus *Idem Matth. de furt. vbi. vel part. 2. 4. n. 18.*

b *Merlin. Inst. de oblig. quae ex delict. §. interdum quoque. n. 9. Pothier. ad tit. de furt. n. 44.*

c *Bachou. ad §. interdum quoque I. 9. Inst. de oblig. quae ex delict. & Vinn. ibid. & Struchi. disser. 18. th. 33. & Pothier. ad tit. ff. de furt. n. 51.*

d. l. 52.

Digitized by Google

l. 52. ff. eod. l. Quod si Pater subtrahat rem vel Filio emancipato, vel Filiofamilias habenti castrense Peculium, tunc & contra ipsum cessat Actio furti, vt quæ, cum sit famosa, non conceditur Filio in Patrem l. parens 5. ff. de obseq. par. præst., sed datur tantum utilis Actio in factum d. l. si quis 52. §. an autem. ff. de furt. m.

Rapina.

VI. ESt: Contrectatio rei alienæ mobilis, vi, vel dolo malo, ex composito facta n. Dicitur: Rei mobilis quia res immobiles propriè non rapiuntur, sed inuaduntur §. ita tamen. Inst. de vi bon. rapt. vers. quod non solùm. l. inuasor. 5. l. si quis. 7. l. si quando. 9. C. vnde vi. Inuasores tamen puniuntur eadem pœna, vt ff. vers. quod non solùm. Dicitur: Vi ad differentiam Furti, quod clam fit l. quo naufragium. 3. §. aliud. 5. ff. de incend. ruin. naufrag. l. furtum. 1. in pr. de furt. l. 2. in pr. de vi bon. rapt. Dicitur: Dolo malo; nam si dolus desit non tenetur rapiens Vi bonorum raptorum, v. g. si quis rapiat existimans rem esse suam; quamuis cadat rei Dominio sic rapiens rem suam: & vbi sit aliena, nedum teneatur rem restituere, sed etiam æstimationem præstare §. ita tamen. Inst. de vi bon. rapt. l. Prætor ait. 2. §. hac actione. 18. ff. eod. l. si quis in tantum. 7. C. vnde vi. Dicitur: Ex composito facta: nam tenetur vi bonorum raptorum, qui precisè habuit animum rapiendi quando rapuit p.

VII. Raptor tenetur pœna Vi bonorum raptorum, quæ est in quadruplum intra annum vtilem, non concinuum, & post annum in simplum pr. Inst. de vi bon. rapt. l. 2. §. 13. ff. eod. l. si res. 2. l. de

l Diuortio tamen secuto: nam constante Matrimonio, agitur contra possidentes absque iusta causa, vel Condictione, vel in factum Idem Matth. de crim. tit. de furt. cap. 1. n. 12.

m Additiones ad Ant. Matth. de Crim. tit. de furt. cap. 1. n. 12. Hartg. & Vinn. ad §. hi qui in parentum. Inst. de oblig. quæ ex delict. penes quos, quid de Furtis Famulorum, & Mercenariorum.

n Mynsing. ad tit. Inst. de vi bon. rapt. n. 1. Raptor non est, qui simpliciter metum intulit, licet ex metu Dominus rem tradiderit; & in hoc casu detur Acti quòd metus causa, non Vi bonorum raptorum Matth. de crim. tit. de vi bon. rapt. n. 1.

o Sic, si Creditor Debitori vim faciat, Debiti extorquendi gratia, amittit Ius crediti l. penult. ff. ad l. Iul. de vi priu. l. extat. 11. ff. quod met. caus. V. Ant. Matth. de Crim. tit. de vi bon. rapt. cap. 1. num. 3.

Non obstante pactione, Creditor rapiens pignus Debitori reclamanti, tenetur de vi bon. raptor; Id. Matth. ibid. n. 3.

p Mynsing. ad tit. Inst. de vi bon. rapt. n. 4.

bis. 4.

§. 17. C. eod. [a] Tenetur etiam pœnâ furti, nedum manifesti, sed etiam nec manifesti, quando Raptor non potuit comprehendi in actu rapinæ palam facto l. si quis 50. §. si fini ff. de furt. pr. Inst. de vi bon. rapt. §. 2. §. 16. ff. eod. [b] Neque per hoc redditur superflua pœna contra raptores, cum possit dari Rapinæ finis. [c] Mirum autem non est, si pœna rapinæ sit mitior, quàm furti: nam præter alias rationes, facit illa, quòd Raptor facilius euitari possit, quàm Fur; vt qui palam grassatur. [d] Vnde clàm peccantes aliquando grauiùs puniuntur, ex eo quòd difficiliùs cauentur [e].

IV. Damnum.

VIII. [f] Est: Lasio rei alienæ contra ius, per culpam quamuis leuissimam l. sed et si 5. §. 1. l. qui occidit 30. §. 3. l. in lege 44. ff. ad l. Aquil. Hinc excluditur Damnum, casu fortuito, & Iure permittente datum l. iniuria 7. §. ac ne is 3. Inst. de l. Aquil. l. quamuis modicum 29. & 70. l. si putator 31. l. qui occidit 130. §. 3. l. fœnum 49. §. 4. l. si quis finem 49. ff. ad l. Aquil. Illud vindicatur Lege Aquilia, quàm Plebiscitum dicit I. C. in l. 1. ff. ad l. Aquil., quia lata fuit a quodam Aquilio, Tribuno Plebis.

IX. Triplex enunciatur Caput dictæ Legis in l. si seruus 27. ff. & in §. Inst. de l. Aquil. vbi de secundo nihil aliud habetur, quàm quòd in vsu non est: licet illud Cuiacius referat ad interceptum vsitatum; Heigius ad damnum, per seruitutes non item exercitas datum; Struchius ad Sagum corruptum; reprobatissimis aliis eiusmodi diuinationes potiùs, quàm coniecturas [g].

X. Primum Caput est de Seruo, & Quadrupede occisis; intelligendo nomine Quadrupedis, non quamlibet, sed quæ Pecudum numero est Inst. in pr. de l. Aquil. l. lege 2. ff. ad l. Aquil.; vbi Pecudes dicuntur, quæ gregatim pascuntur, & hominibus sui natura vilitatem præbent inribus ciuitis. Ex hoc capite pœna est, vt damnum

[a] Christianus de rapina facta Iudeis, vel Paganis tenetur tantùm ad duplum l. christianus 6. C. de pag. & sacrif.

[b] V. Manz. ad tit. Inst. de vi bon. rapt. in pr. n. 11. & Ant. Matth. de Crim. lect. de vi bon. rapt. cap. 1. n. 4. qui docet, quod dicta Actione duriore, vtile plerumque

[c] Manz. ibid. n. 16.

[d] V. Manz. in Inst. de vi bon. rapt. in n. 7. & 8.

[e] V. Ant. Matth. de Crim. tit. de pœn. cap. 4. n. 25.

[f] Add. ad Echole. ad tit. ff. ad l. Aquil. §. 10

[g] inferens

inferens teneatur ad quanti Seruus, & Pecus toto eo anno retrò plurimi fiat *d. l.* 2. *in pr. l. ait lex.* 21. *l. inde.* 23. §. *idem Iulianus. ff ad l. Aquil.* §. *his autem.* 9. *Inſt. de l. Aquil.* 7. Ex hoc capite non tenetur liberum Hominem occidens *l.* 1. §. 3. *& tot. tit. ff. ad l. Cornel. de ſicar.*; quia Homo æſtimationem nullo modo recipit *l.* 1. §. *ſed cum homo. ff. de his qui effud.*, niſi ratione Sumptuum, in ſanitatem factorum *l. qua actione.* 7. *in pr. ff. ad l. Aquil.* 2. In æſtimatione autem quanti plurimi anno retrò elapſo, venit non ſolùm Pretium ſerui, & pecudis occiſi, ſed quidquid damni propter occiſionem Dominus eſt paſſus §. *illud non ex verbis. Inſt. eod. l. ait lex.* 21. §. *fin. cum duab. ll. ſeqq. ff. ad l. Aquil.* [a]; & præter Actionem ciuilem ex hoc primo Capite, poteſt etiam agi criminaliter *l. inde Neratius.* 23. §. *ſi dolo.* 9. *ff. eod. l.* 3. *C. eod.*: nec enim quando ciuilis, & criminalis Actio concurrunt, vna alteram conſumit *l. un. C. quand. ciuil. act. crim. etc.* [b].

XI. Tertium Caput Legis Aquiliæ ſpectat ad cœteros Damna, præter ſerui, vel pecudis Occiſionem; & ſic ad Vulnerationem ſerui, vel pecu[illegible]; & ad Occiſionem Quadrupedum, Pecudum numero non comp[illegible]ſorum; vel etiam Deteriorationem tum prædictorum, tum cœterorum omnium Animalium, tum etiam omnium rerum, quæ anima carent §. *capite tertio. Inſt. eod. l. ſi ſeruus.* 27. §. 5. *& ſeqq. l.* 28. *& 29. ff. ad l. Aquil.* Ex hoc capite tenetur damnum Inferens, ad quanti res deteriorata valuerit diebus triginta proximis, & quidem plurimi §. *illud palam. & §§. ſeqq. Inſt. eod. d. l. ſi ſeruus.* 27. §. *tertio.* 5. *d. l. quemadmodum.* 29. §. *fin. ff. eod.* Actiones quæ ex vtroque Capite competunt, quæ ſint, videri poteſt in *d. tit. Inſt. de l. Aquil.* §. *fin.* [c].

y V. *Vinn. ad d. §. his autem.* 9. *Inſt. de l. Aquil.*

z V. *Harpp. ad §. illud.* 10. *Inſt. de l. Aquil. ex n.* 7. *Vinn. ad pr. tit. Inſt. eod. n.* 2.

a Æſtimatio Operarum ex hominis occiſione, vel debilitatione, quomodo facienda *Ant. Matth. de Crim. tit. de iniuriis cap.* 3. *n.* 4.

b Diſtinguit tamen, & benè *Ant. Matth. de Crim. tit. de furt. cap.* 4. *n.* 3., vbi latè, an Accuſatio concurrat cum Actione furti. V. *Harpp. ad §. liberum autem.* 11. *Inſt. de l. Aquil.* vbi de concurſu aliarum Actionum, cum Actione l. Aquiliæ.

c V. *ibid. Harpp. & Vinn. Vueſemb. ad tit. ff. ad l. Aquil. ex n.* 9. *Echalt. ibid. §.* 3.

In lege Aquilia venit culpa etiam leuiſſima *l. in lege.* 44. *ff. ad l. Aquil.*

Iniuria.

XII. Est: Delictum, quod committitur in personam, ad contemptum, contumeliam, & ignominiam [d]. Quocunque modo fiat Iniuria, non dicitur talis nisi adsit Animus iniuriam inferendi. Hinc nec doli incapax, nec per iocum aliquid dicens, aut faciens, nec calore iracundiæ iniuriam retorquens tenetur Actione iniuriarum *l. illud. 3. l. si cum seruo. 4. l. quod. 33. ff. de iniur. l. si non conuicij. 5. C. eod.* & passim [e]. Est vnica Iniuria, eodem tempore pluries repetita; Multiplex si ex interuallo [f].

XIII. Iniuria fit Factis, Verbis, Literis *§ iniuria. 1. Inst. de iniur.* [h] *1. §. 1. ff. eod.* Factis fit, quoties ea in contemptum, & ignominiam cedunt; v. g. si quis pugno, vel faste aliquem pulset *§. iniuria autem. 1. Inst. de iniur. l. lex cornelia. 5. in pr. l. item apud. 15. §. 1. ff. eod.*; si quis contra voluntatem Domini fundum, vel domum ingrediatur *§. sed & lex cornelia. 8. Inst. eod. cit. l. lex cornelia. 5. in pr. & §. 2. l. qui in domum. 23. ff. eod.*; si sciens sibi nihil deberi [illegible]etat, se immitti in Possessionem alterius Bonorum *cit. §. 1. Inst. de iniur. l. si iniuriæ. 20. eod.*; si honestum Adolescentem, vel honestam Feminam vellicet *§. iniuria. Inst. de iniur. l. item apud Labeonem. 15. §. teneatur. 19. & §. aliud. 22. ff. eod.* g. Regulariter ex Facto illicito arguitur Animus iniuriandi, ita vt transfundatur in facientem onus probandi, hunc animum abfuisse *l. si non conuicij. 5. C. de iniur.* [h].

XIV. Verbis fit Iniuria, quoties vel præsentis, vel absentis Honor, aut Fama conuicijs, aut contumelijs læditur *d. §. iniuria autem. 1. Inst de iniur. l. item apud Labeonem. 15. §. conuicium. 3. & §§. seqq. ff. eod. l. si non es. 3. l. si non conuicij. 9. l. qui liberos. 9. & l. seq. C. eod.* [i]; modò non excuset conditio proferentis, v. g. quòd sit Pater, Præceptor, etc. *l. et si. 5. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. item quæritur. 13. §. 4. ff. locat. l. aut facta. 16. §. 2. ff. de pœn.*

d V. *Sutholt. dissert. 16. n. 52.* An obijcere Vitia naturæ sit Iniuria Vide *Ant. Matth. de crim. tit. de iniur. cap. 1. n. 3.*

e V. *Eckolt. ad tit. ff. de iniur. §. 3. & 4. Harpp. ad pr. Inst. de iniur. ex n. 6.*

f *Ant. Matth. de crim. tit. de damn. cap. 3. n. 9.*

g Alias quamplures Species Iniuriarum facti plena manu congerit *Harpp. ad §. iniuria. 1. a n. 11 ad 22. Inst. de iniur.*

h *Harpp. ad pr. Inst. de iniur. ex n. 7. Eckolt. ad tit. ff. de iniur. §. 4.*

i *Harpp. ad §. 1. Inst. de iniur. ex n. 52.*

k *Harpp. ad d. pr. Inst. de iniur. n. 8.*

Digitized by Google

XV. Litteris fit Iniuria, quando quis ad alterius Infamiam, Libellum, Carmen, Historiam, aut Cantilenam scripserit, composuerit, vel dolo malo curauerit, vt ab alio id fieret *d. §. iniuria. Inst. de iniur. l. lex cornelia. 5. §. si quis librum. 9. & l. seq. l. item apud. 15. §. si quis. 29. ff. eod. l. vn. C. de famos. libell.* Omnis Libellus famosus est Iniuria scripta, at non e contra: tantùm enim dicitur Libellus famosus, quando aliquod notabile, certum, speciale Crimen, vt Homicidij, Latrocinij, Adulterij, Lenocinij, etc. dolo malo alicui in Scriptura obijcitur [l].

XVI. Quanuis Facta, Dicta, & Scripta ioci causa non constituant Iniuriam *l. illud. 3. §. 3. ff. de iniur. l. item apud. 15. §. meminisse. 23. ff. eod.*, ad eam tamen rediguntur, si adhibeantur erga Personas, quibus debetur reuerentia; v. g. Magistratum, Magistrum, Dominum, etc. [m].

XVII. Iniuriæ nostræ sunt non solùm quæ fiunt nobis, vel alteri nostra contemplatione; sed & quæ fiunt, nobis aliquo modo coniunctis, vel a nostra Potestate pendentibus [n]. Hinc Pater pro Filio; Socer pro Nuru, cuius virum habet in potestate; Vir pro Vxore possunt agere Actione iniuriarum *l. iniuria. 1. §. item aut. 3. & seqq. l. item apud. 15. §. sponsum. 24. §. si quis. 35. & seqq. ff. de iniur. §. patitur. 2. §. seruis autem. 3. Inst. eod. l. iniuriarum. 2. C. eod.*: non tamen Vxor pro Marito; quia defendi vxores a viris, non viros ab vxoribus æquum est *§. patitur. Inst. eod. l. quod si viro. 2. ff. eod.*: nisi fortè Iniuriæ Marito dictæ tangant Vxorem; vt si quis dicat, Maritum esse Cornutum [o].

XVIII. Pro Iniuria agitur ciuiliter *l. iniuriarum. 7. C. de iniur. §. in summa. 10. Inst. eod.*: & vbi Iniuria est facta vni, potest pluribus acquiri Actio; neque hæc instituta ab vno, alterius Actionem consumit *l. 1. §. fin. ff. de iniur. §. 2. Inst. eod.* [p]. Potest etiam agi criminaliter *l. de iniuria. fin. ff. l. si quando. fin. C. de iniur. cit. §. 10. Inst. eod.* [q].

l *Eckolt. ad tit. ff. de iniur. ex §. 29. Harpp. ad d. pr. Instit. de iniur. ex n. 149.* apud quem latè de materia famosi Libelli.

m *Manz. ad §. iniuria. 1. Inst. de iniur. n. 36.*

n V. *Ant. Matth. de Crim. tit. de Iniur. cap. 1. n. 11.*

o *Bachou. ad §. patitur. Inst. de iniur. n. 4. Vinn. eod. loc. ad vv. vxor iniuriarum. etc.*

p V. *Eckolt. ad tit. ff. de iniur. §. 11.*

q *Vinn. ad §. 10. Inst. de iniur. Eckolt. ad d. tit. ff. de iniur. §. 16.* vbi, an hæc Remedia competant cumulatiuè, vel electiuè.

Digitized by Google

XIX. Actio Iniuriarum tollitur morte eius, qui Iniuriam intulit, vel passus est *l. iniuriarum*. 13. *l.* 15. *§.* 14. *ff. de iniur.* *§. non autem.* 1. *Inst. de perpet. & temp. act.* Hinc non transit ad Hæredes Iniuriam passi, quia tendit ad meram vindictam *l.* 2. *§. emancipatus*. 4. *ff. de collat. bon.*, quam moriens remittere censetur *l. fin. C. de reuoc. donat.*: nisi tamen ante mortem lis fuerit contestata *l. iniuriarum*. 13. *in pr. l. iniuriarum*. 28. *ff. de iniur.*; vel qui intulit Iniuriam, per cauillationem litem contestare recusauerit [r].

XX. Tollitur etiam remissione, vel Expressa *l. sed. si*. 17. *§. si ante*. 6. *ff. de iniur. l. si tibi*. 17. *§.* 1. *l. si vnus*. 27. *§.* 2. *ff. de pact.*; vel Tacita, nempe Dissimulatione *l. non solùm*. 11. *§.* 1. *ff. de iniur. §. fin. Inst. eod.*, accedente præsertim aliquo actu familiaritatis [s]. Non tamen ex remissione Iniuriæ censentur remissa Damna, & Interesse *l. item*. 15. *§. si quis*. 46. *de iniur.* [t]. Sicut autem remissio iniuriam passi non præiudicat Magistratui procedenti criminaliter, ita remissio Magistratus non præiudicat parti lesæ quoad Actionem ciuilem [u]. Quòd enim nemo bis puniatur, procedit in sola obligatione erga Rempublicam, at non quando quis obligatur & erga Rempublicam, & erga priuatum [x].

XXI. Fama verè non læditur per iniurias improbi hominis, licèt aliter vulgò credatur: quare Actio ad Palinodiam, moribus, non Legibus inducta est [y].

r *Eckolt. qui supra. §.* 12.
s *Vinn. ad d. §. fin. n.* 4. *Eckolt. loc. cit. n.* 19.
t *Eckolt. ibid. §.* 17. *Matth. de crim. tit. de iniur. cap.* 1. *n.* 16. *Harpp. ad §.* 10. *Inst. de iniur. n.* 71. 72.
u *Manz. ad §. fin. Inst. de iniur. n.* 14.
x V. *Ant. Matth. de crim. tit. de inquisit. c.* 4. *n.* 7. *ad fin.*
y *Vinn. ad §.* 10. *Inst. de iniur. n.* 1. *Bachou. ad §. pœna autem. Inst. eod. n.* 3. De Palinodia *Ant. Matth. de crim. tit. de iniur. cap.* 3. *n.* 7. *cap.* 4. *n.* 1. *& seqq. Harpp. ad §. in summa.* 10. *Inst. de iniur. ex n.* 63. *Eckolt. ad tit. ff. eod. ex §.* 23.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Ius ad Rem ex Quasi Maleficio.

I. IN Maleficio interuenit vera Culpa, & plerunque Dolus; in Quasi maleficio Culpa sola, non vera, sed præsumpta; non quidem ex mente agentis; sed quatenus eius Factum, si non directè, saltem obliquè damno dat causam. Hinc dicitur Quasi, hoc est impropriè Maleficium; quia non ex dolo, vel lata culpa, sed ex imperitia, vel negligentia propria, aut suorum oritur [a]. Quatuor præcipuæ species Quasi maleficij afferuntur: Imperitia; Deiectio; Suspensio rei, cuius lapsus nocere possit; Damnum ab Exercitoribus nauis, cauponæ, aut stabuli. Hæ species colliguntur *ex tit. Inst. de oblig. quæ quasi ex delict. & ex l. si quis absentis. 5. §. 4. & seqq. de oblig. & act.*

Imperitia.

II. HÆc exemplificatur in malè Iudicante *pr. Inst. de oblig. ex quasi del. cit. l. 5. §. 4. de oblig. & act. l. fin. ff. de extraord. cogn.*; sed extenditur ad quemcumque malè versantem in suo officio: semper enim eiusmodi Imperitia adnumeratur Culpæ *l. imperitia. 132. ff. de reg. iur.* [b]. Quòd si non ex Imperitia, sed ex Dolo malo quis abutatur officio, is verum Delictum committit, & punitur pœna, vero delicto commensurata [c]. Tunc Iudex plenè facit litem suam, & præstat solidum *l. filiusfamilias. 15. §. 1. ff. de iudic. l. vlt. C. de pœn. iud. qui mal. iudic.*: at vbi peccat per solam Imprudentiam, facit litem suam impropriè; & tenetur non ad æstimationem litis in solidum, sed sola Actione in factum *l. vlt. ff. de var. & extr. cognit. pr. Inst. de obl. quæ quasi ex del.* [d].

a *Bachou. Inst. de oblig. qua quasi ex delict. n. 1. Harpp. ibid. n. 1. 2.*
b *Oinot. & Manz. ad pr. Inst. de oblig. quæ ex quasi del.*
c *Vinn. ad d. pr. Inst. de oblig. qua quasi ex del. n. 1.*
d *Bachou. Inst. cod. n. 2. Vinn. ibid. n. 1. & 2. Manz. ibid. per tot.*

Deiectio;

Deiectio.

III. EST Quasi maleficium, quando effunditur aliquid ex Cœnaculo, vel Cubiculo, ex quo noceatur prætereunti in corpore, rebus, vel vestibus §. *item is. Inst. eod. cit. l. si quis absentis* 5. §. *is quoque* 5. *de oblig. & act.* Ob hanc Deiectionem, a quocumque fiat, tenetur Habitator in pœnam dupli, propter Culpam, qua non cauit contra Habitantium vel temeritatem, vel oscitantiam *l. Prætor ait* 1. *in pr. §. hæc in factum.* 4. *ff de his, qui effud. vel deiec. §.* 1. *Inst. de oblig. quæ quasi ex delict.* Quòd si ex Deiectione sequatur transeuntis mors, pœna est quinquaginta aureorum[e]: si læsio in Corpore, tunc cessante Actione in duplum, fit locus pœnæ arbitrariæ; in qua æstimari debent mercedes Medicorum, sumptus in curatione, lucra cessantia, etc. §. *ob hominem. Inst. eod. cit. l.* 1 *in pr. & §. sed cum.* 5. *& §. hæc autem.* 6. *l. cum liberi fin. ff. de his, qui deiec. vel effud.*

Suspensio Rei nocituræ.

IV. EST Quasi maleficium, quando quis in Suggrunda, vel Protecto ædificij tenet aliquid suspensum, ex cuius lapsu noceri possit transeunti *d. §. item is. vers. cui similis. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. l. si verò plures.* 5. §. *Prætor ait.* 6. *& seqq. ff. de his, qui effud. etc. l. si quis absentis.* 5. §. *is quoque. vers. cui similis. ff. de oblig. & act.* Tunc Habitator, quanuis non ipse, sed alij posuerint, tenetur pœna decem aureorum, etiamsi nec lapsus, nec nocumentum sequatur *d. l. si verò plures.* 5. § 6. §. 10. *ff. de his, qui effud.* Quòd si inferatur vel Mors, vel læsio in Corpore, idem dicendum quod in superiore Quasi maleficio[f]. Et licèt Edictum Prætoris loquatur de Suggrunda, & Protecto; extenditur tamen etiamsi ponatur, vel suspendatur aliquid in Pergula, Anteambulatorio, vel in Reticulo, seu Cancellis, aut alijs superioribus partibus, ex quibus noceri possit *cit. l. si verò plures.* 5. §. *supra.* 9 §. *si id.* 12.

[e] Pœnam hanc 50. aureorum hodie obsoletam esse tradit *Vinn. ad §.* 1. *Inst. de oblig. quæ quas. ex del. fi. in fin.*

[f] V. *Menz. ad §. item is. vers. cui similis. Inst. de oblig. quæ quas. ex del. n.* 28.

ff. de

ff. de his, qui effud. etc. g: & ad incurrendam poenam sufficit ipsa Suspensio sine noceatur, sive non h. Quod si ex lapsu sequatur Damnum, tunc competit Actio ad duplum *d. vers. cui similis*, & *vers. de ea verò. l.* 11. *§. quod enim suspenderetur. 3. ff. de his, qui effud.* Ad hoc vt committatur hoc Quasi maleficium, res nocitura debet suspendi quà vulgò fieri solet iter; sive in Ciuitatibus, seu Vicis, sive etiam in agris, si fortè illic sint ædificia *d. vers. cui similis. l. 5. §. is quoque. 5. de oblig. & act. l. hoc edictum in pr. ff. de his, qui effud. etc.* i nec sufficit ad hoc vt teneatur Habitator, quòd qui posuit rem sit de Familia, sed quòd inhabitet *l. c. §. haec. 11 ff. de his, qui effud. etc.* Hinc si res posita sit a Filiofamilias seorsim a Patre habitante, ad nihil tenetur Pater ex Maleficio, vel Quasi, & neque ex Peculio, si illud habeat *S. si filiusfamilias. 2. Inst. de oblig. quae quasi ex del. l. 5. §. ideo si filiusfamilias. ff. de oblig. & act.* k. Quod idem est in Filiofamilias imperitè iudicante *cit. §. si filiusfamilias. 2. Inst. de oblig. quae quasi ex del. l. filiusfamilias. 15. ff. de iudic.*

Damnum ab Exercitoribus.

VI. DOminus, qui praficit Exercitores malè versantes in Naui, Caupona, Stabulo, sit reus Quasi maleficij, et damno ab ijsdem illato in huiusmodi exercitio *§. fin. Inst. de oblig. quae quasi ex del. cit. l. 5. §. item. 6. de oblig. & act.*, & ex hoc tenetur in duplum *l. debet. fin. §. haec actio. 1. ff. naut. caup. etc.* l; nam qui agit cum his Exercitoribus, videtur sequi fidem præponentis *l. ait Praetor. 1. §. maxima. 1. ff. naut. caup. etc.* Hic tamen non tenetur, vel quando protestatus est cum Vectoribus, vel Hospitibus, se nolle teneri de custodia *l. debet. fin. in pr. ff. eod.*: vel si quid fatali casu contigerit, puta naufragium, seu vi maiore *l. et ita. 3. §. 1. ad fin. ff. eod.*: vel si exercitores extra nauim, cauponam, vel stabulum deliquerint *d. l. debet. in pr. vers. sed non aliàs. ff. eod.* Quod si dam-

g V. ad declarationem huiusmodi locorum *Gothofred. in not. ad d. l. si verò plures. de his, qui effud. ex n.* 58.

h *Manz. loc. cit. n.* 23. & 24.

i *Mysing. ad §. item is. Inst. de oblig. quae quasi ex delict. sub n.* 5.

k V. *Mynsing. ad d. §. si filiusfam. Inst. de obl. quae quas. ex del. Harpp. Manz. & Vinn. eod.*

l *Add. ad Eckolt. ad tit. ff. naut. caup. etc. §.* 6. vbi, an duplum totum sit poena *Vinn. ad §. fin. Inst. de obl. quae quasi ex del.* vbi quod haec poena exoleuit.

Deiectio.

III. ESt Quasi maleficium, quando effunditur aliquid ex Cœnaculo, vel Cubiculo, ex quo noceatur prætereunti in corpore, rebus, vel vestibus §. *item is. Inst. eod. cit. l. si quis absentis* 5. §. *is quoque* 5. *de oblig. & act.* Ob hanc Deiectionem, a quocumque fiat, tenetur Habitator in pœnam dupli, propter Culpam, qua non cauit contra Habitantium vel temeritatem, vel oscitantiam *l. Prætor ait* 1. *in pr. §. hæc in factum.* 4. *ff. de his, qui effud. vel deiec. §.* 1. *Inst. de oblig. quæ quasi ex delict.* Quòd si ex Deiectione sequatur transeuntis mors, pœna est quinquaginta aureorum: si læsio in Corpore, tunc cessante Actione in duplum, fit locus pœnæ arbitrariæ; in qua æstimari debent mercedes Medicorum, sumptus in curatione, lucra cessantia, etc. §. *ob hominem. Inst. eod. cit. l.* 1 *in pr. & §. sed cum.* 5. *& §. hæc autem.* 6. *l. cum liberi fin. ff. de his, qui deiec. vel effud.*

Suspensio Rei nociturae.

IV. ESt Quasi maleficium, quando quis in Suggrunda, vel Protecto ædificij tenet aliquid suspensum, ex cuius lapsu noceri possit transeunti *d. §. item is. vers. cui similis. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. Si verò plures.* 5. §. *Prætor ait.* 6. *& seqq. ff. de his, qui effud. etc. l. si quis absentis* 5. §. *is quoque. vers. cui similis. ff. de oblig. & act.* Tunc Habitator, quanuis non ipse, sed alij posuerint, tenetur pœna decem aureorum, etiamsi nec lapsus, nec nocumentum sequatur *d. l. si verò plures.* 5. § 6. §. 10. *ff. de his, qui effud.* Quòd si inferatur vel Mors, vel læsio in Corpore, idem dicendum quod in superiore Quasi maleficio [f]. Et licèt Edictum Prætoris loquatur de Suggrunda, & Protecto; extenditur tamen etiamsi ponatur, vel suspendatur aliquid in Pergula, Anteambulatorio, vel in Reticulo, seu Cancellis, aut alijs superioribus partibus, ex quibus noceri possit *cit. l. si verò plures.* 5. §. *supra.* 9. §. *si id.* 12.

[e] Pœnam hanc 50. aureorum hodie obsoletam esse tradit *Vinn. ad §.* 1. *Inst. de oblig. quæ quas. ex del. ct. in fin.*

[f] V. *Manz. ad §. item is. 1. vers. cui similis. Inst. de oblig. quæ quas. ex del. n.* 28.

ff. de

ff. de his, qui effud. etc. g: & ad incurrendam poenam sufficit ipsa Suspensio sine noceatur, sive non h. Quod si ex lapsu sequatur Damnum, tunc competit Actio ad duplum *d. vers. cui similis*; & *vers. de ea verò. l.* 1. *§. quod enim suspenderetur. 3. ff. de his, qui effud.* Ad hoc vt committatur hoc Quasi maleficium, res nocitura debet suspendi qua vulgò fieri solet iter; sive in Ciuitatibus, vt Vicis, sive etiam in agris, si fortè illic sint ædificia *d. vers. cui similis. l.* 5. *§. is quoque. 5. de oblig. & act. l. hoc edictum in pr. ff. de his, qui effud. etc.* i nec sufficit ad hoc vt teneatur Habitator, quòd qui posuit rem sit de Familia, sed quòd inhabitet *l. 1. §. hæc. 11 ff. de his, qui effud. etc.* Hinc si res posita sit a Filiofamilias seorsim a Patre habitante, ad nihil tenetur Pater ex Maleficio, vel Quasi, & neque ex Peculio, si illud habeat *ff. si filiusfamilias. 2. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. l. 5. §. ideo si filiusfamilias. ff. de oblig. & act.* k. Quod idem est in Filiofamilias imperitè iudicante *cit. ff. si filiusfamilias. 2. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. l. fillusfamilias. 15. ff. de iudic.*

Damnum ab Exercitoribus.

VI. DOminus, qui præficit Exercitores malè versantes in Naui, Caupona, Stabulo, sit reus Quasi maleficij, et damno ab ijsdem illato in huiusmodi exercitio *§. fin. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. cit. l. 5. §. item. 6. de oblig. & act.*; & ex hoc tenetur in duplum *l. debet. fin. §. hæc actio. 1. ff. naut. caup. etc.* l; nam qui agit cum his Exercitoribus, videtur sequi fidem præponentis *l. ait Prætor. 1. §. maxima. 1. ff. naut. caup. etc.* Hic tamen non tenetur, vel quando protestatus est cum Vectoribus, vel Hospitibus, se nolle teneri de custodia *l. debet. fin. in pr. ff. eod.*: vel si quid fatali casu contigerit, puta naufragium, seu vi maiore *l. et ita. 3. §. 1. ad fin. ff. eod.*: vel si exercitores extra nauim, cauponam, vel stabulum deliquerint *d. l. debet. in pr. vers. sed non aliàs. ff. eod.* Quod si dam-

g V. ad declarationem huiusmodi locorum *Gothofred. in not. ad d. l. si verò plures. de his, qui effud. ex n.* 58.

h *Manz. loc. cit. n.* 23. & 24.

i *Mysing. ad §. item is. Inst. de oblig. quæ quasi ex delict. sub n.* 5.

k V. *Mynsing. ad d. §. si filiusfam. Inst. de obl. quæ quasi ex del. Harpp. Manz. & Vinn. eod.*

l *Add. ad Eckolt. ad tit. ff. naut. caup. etc. §.* 6. vbi, an duplum totum sit pœna *Vinn. ad §. fin. Inst. de obl. quæ quasi ex del.* vbi quod hæc pœna exoleuit.

num illatum fuerit ab ipso Domino, is tenetur ex vero Delicto, Actione furti, vel Legis Aquiliæ §. *fin. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. & cit. l.* 5. §. 6. *ff. de obl & act.* [m].

VII. Ex Quasi Maleficijs oritur Actio in factum: non enim potest esse locus Actioni ex contractu, vel quasi, aut ex maleficio §. *fin. Inst. eod.* Hęc Actio, cum sit rei persecutoria, transit ad Hęredem damnificati; at non Damnificantis, quia est Pœnalis *cit.* §. *fin. vers. in his autem. Inst. de oblig. quæ quasi ex del. l. ult.* §. *ult. ff. naut. camp. etc. l. Iudicatus.* 26. *ff. de iudic l. si verò plures.* 5. §. *hæc autem actio.* 5. & §. *ista autem.* 13. *ff de his, qui effud. vel deiec.* [n].

[m] V. *Mynz. Harpp. Bachou. & Vinn. ad d.* §. *fin. Inst. de obl. quæ quasi ex del.* & *Eckolt. ad tit. ff. naut. camp. etc.* & *tit. furti aduers. naut. camp. etc.* vbi per quid differat vterque Titulus.

[n] V. *Harpp. cit.* §. *fin. Inst. de oblig. quæ quasi ex delict. n.* 28.

TERTIVM

Digitized by Google

TERTIVM OBIECTVM IVRIS ACTIONES.

§. I.

Actiones in Genere.

I. POst Ius Personarum, & Rerum, necessaria est vtrumque acquirendi Ratio; quæ in Actionibus consistit. Actio enim in genere est: Remedium iudiciale, quo aliquem conuenimus, vel quòd rem nostram teneat, vel quòd nobis ad dandum, vel faciendum sit obligatus [a]. In hoc sensu definitur Actio *in pr. Inst. de act. & in l. nihil aliud.* 51. *de obl. & act.*: Ius persequendi in Iudicio, quod sibi debetur. Verbum: Sibi, aptatur etiam Actionibus Popularibus, quia & hæ pertinent ad priuatum commodum; & licèt eas quiuis mouere possit, post litem contestatam fiunt propriæ præuenientis *l. vlt.* 12. *ff. de verb. signif.* [b]. Verbum: Debetur, in rigore conuenit soli Actioni in Personam *l. actio in.* 28. *ff. de obl. & act.*; nec enim quod nostrum est potest nobis deberi: at latiùs aptatur etiam Actioni in Rem *l. pecuniæ.* 178. *§. fin. ff. de verb. signif.* Dicuntur enim nobis deberi etiam Nostra quo ad possessionem, quæ debet restitui [c].

II. Actiones multifariam diuiduntur, ex diuerso earum respectu.

III. A Causa efficiente Proxima (qualis est Ius in re, & Ius ad rem) aliæ sunt Reales, aliæ Personales *l. actionum.* 25. *in pr. ff. de oblig. & act. §. omnium.* 1. *Inst. de act.* Sub hac diuisione comprehenduntur & Actiones Mixtæ, quia Mixta continentur sub simplicibus [d].

a V. *Harpp. ad pr. Inst. de Act. n.* 1. 2. 3. *& seqq. Suthols. dissert.* 17. *n.* [illegible]
b *Bachou. Inst. de Act. in pr. vers. fin. Vinn. ad §.* 1. *Inst. eod. n.* 14.
c *Manz. ad pr. Inst. de Act. ex n.* 28.
d *Mynsinger. ad §. omnium.* 1. *Inst. de act. n.* 2. V. tamen *Vinn. ibid. num.* 11. *Harpp. ibid. n.* 15. *& seqq.*

IV. Ex

IV. Ex Cauſa efficiente Remota, qualis eſt Ius Ciuile, & Ius Prætorium, aliæ ſunt Ciuiles, aliæ Prætoriæ *d. l. actionum. 25. §. omnes. 2. ff. de oblig. & act. §. ſed iſtæ. 3. Inſt. de act.*; & Prætoriæ, aliæ ſunt Penales ſpeciales, aliæ Præiudiciales *§. penales. 12. §. præiudiciales. 14. Inſt. de act.*

V. A Cauſa finali, aliæ ſunt Perſecutoriæ Rei; aliæ Pœnæ; aliæ vtriuſque *§. ſequens. 16. & ſeqq. Inſt. eod.*

VI. A Forma, & Modo petitionis, aliæ dantur in ſimplum; aliæ in duplum; aliæ in triplum; aliæ in quadruplum; & nunquam in plus *§. omnes autem. 21. & aliquot ſeqq. Inſt. eod.*

VII. A ſui Qualitate aliæ ſunt Bonæ fidei; aliæ ſtricti Iuris; & ex vtriſque aliquæ ſunt Arbitrariæ, aliquæ non *§. actionum autem. 28. & §. præterea. 31. Inſt. eod.*

VIII. Ab Effectu, aliæ dantur ad ſolidum; aliæ ad id tantùm, quod poteſt, propter beneficium competentiæ *§. ſunt præterea. 36. §. item. 37. §. ſed et ſi quis. 38. Inſt. eod.*

IX. Ex Principalitate, vel Acceſſione, aliæ ſunt Principales; aliæ Obliquæ e: ad quas vltimas pertinent Actiones Noxales, de quibus *Inſt. tit. de nox. act.* f. Item aliæ ſunt Directæ; aliæ Vtiles: aliæ præterea Directæ; aliæ Contrariæ g.

X. A Duratione, aliæ ſunt Perpetuæ; aliæ Temporales: aliæ Tranſmiſſibiles; aliæ non *Inſt. tit. de perpet. & temp. act.*

XI. A Materia ſufficiente, vel inſufficiente ad obligandum, aliæ dicuntur Natiuæ; aliæ Datiuæ h.

XII. A Ratione magis, vel minùs propria, aliæ ſunt propriè tales, quæ nempe ſpectant ad Petitorium; aliæ minùs propriè, quæ reſpiciunt ſolam Poſſeſſionem: & dicuntur Interdicta; quæ latè continentur ſub nomine Actionis *l. actionis verbo. 37. ff. de oblig. & act.* i.

e V. *Manz. ad rubr. Inſt. quod cum eo qui in alien. poteſt. n. 20. & ſeqq.*
f *Manz. ad rubr. Inſt. de noxal. act.*
g *Eckolt. ad tit. ff. de obl. & act. §. 51. & 52.*
h V. *Eckolt. cit. tit. de oblig. & act. §. 55.*
i *Harpp. ad pr. Inſt. de interd. n. 1. & plurib. ſeqq.*
De Actionum Diuiſionibus *V. Eckolt. cit. tit. ff. de oblig. & act. ex §. 32. ad fin. Mynſing. ad §. ſunt præterea. Inſt. de act. n. 8. & ſeqq.*

§ II.

§. II.

Actiones in Rem, & in Personam.

I. ACtio in Rem est: Ius persequendi in Iudicio quod est nostrum vel Iure Dominij, vel alio Iure in re. Actio in Personam est: Ius persequendi in Iudicio, quod nobis est debitum ex obligatione dandi, vel faciendi *ex §. omnium autem. 2. Inst. de act. l. actionum autem. 25. in pr. ff. de oblig. & act.* Vbi notandum, quod verbum Facere, in formula Actionis Personalis sumitur præsiùs pro aliquo Facto distincto a Datione, & Restitutione; quorum vtrique latiùs dicitur Factum [a].

II. Actio in rem datur contra quemcumque Possessorem, quia semper sequitur rem ipsam *cit. l. actionum. 25. in pr. ff. de oblig. & act. cit. §. omnium autem. 1. Inst. de act. l. vlt. C. de alien. iud. mut. caus.*; & ideo non tam videtur conuenire Personam, quàm Rem *l. imperatores. 7. ff. de publicia.* Possessor intelligitur non solùm Naturalis, & Ciuilis, sed et is, qui desijt dolo malo possidere, qui propter dolum fingitur adhuc possidere *l. qui dolo. 131. ff. de reg. iur.* Hinc conueniri potest Actione in rem, si tamen dolo desijt possidere post litis contestationem: at si ante, datur aduersus eum tantùm Actio in factum *l. 1. & seqq. de alien. iud. mut. caus. fact.* [b].

III. Actio in Personam e contra datur aduersus Obligatum dumtaxat, vel eum repræsentantem; non verò contra Possidentem *cit. §. 1. Inst. de act. cit. l. 25. de oblig. & act. l. ex contractibus. 49. ff. eod.* Excipiuntur tamen Actiones personales in rem scriptæ [c]; vt Actio quod metus causa, & Actio ad exhibendum; quæ licèt descendant ex obligatione, rem tamen comitantur, quia nequeunt demonstrare Personam obligatam, nisi per rem *vt in l. metum. 9. §. sum autem. 8. ff. quod met. caus. l. in hac. 3. §. 3. & §. fin. l. 4. & 5. ff. ad exhibend.* [d].

IV. Quamuis Actio in rem petat, rem nostram nobis Restitui, quod verbum spectat ad Possessionem *cit. l. actionum. 25. in pr. de oblig. & act.*; non verò Dari, quod verbum significat Dominij translationem *cit. l. 25. de oblig. & act. & l. vbi autem. 75. §. vlt. ff. de verb. oblig.*

a V. *Bachou. de act. disp. 2. thes. 7. circa fin.*
b *Mynsing. Inst. de act. §. omnium autem. num. 21. 22. & 23.* V. tamen *Sutholt. differt. 17. n. 33.*
c Ex Personali in rem scripta oritur Ius in re *Rot. par. 19. decis. 358. n. 42.*
d *Sutholt. differt. 18. n. 7. 8. 9. & 10.*

l. non videntur. 167. *in pr. de reg. iur.*; & e contra Actio in Personam tendat ad Dationem, vel Factum *cit. l.* 25. *in pr. de oblig. & act.*: in aliquibus tamen Actionibus Personalibus petimus, rem Restitui, vt in Actione Commodati, Depositi, Locati, Pignoratitia; quia talis Restitutio innititur Obligationi, quæ potest fundari in alijs quibusdam Figuris, vt *ex l.* 1. *in pr. ff. de oblig. & act.*

V. Omnis Actio Personalis dicitur talis, tum ex parte Rei conuenti; cuius, vel eius heredis Personam non egreditur: tum ex parte Actoris; cuius Personę ita inheret, vt saltem Directa ab eo auelli non possit, & in alium transfundi *l. ea verò*. 3. *ff. pro soc. & l. si sticho*. 53. *ff. de pecul.* f.

e V. *Mynsinger. ad §. appellamus. Inst. de act. n.* [illegible] *Harpprecht. ad §. sic itaque*. 13. *Inst. eod.*

f *Suchelt. d. differ.* 18. §. 6.

§. III.

Actiones Reales Ciuiles:

I. TRes assignantur: Reiuindicatio, Actio Confessoria, Actio Negatoria *§. sed istæ*. 3. *Inst. de act.*

Rei Vindicatio.

II. DAtur pro Rebus particularibus corporalibus *l. post actiones*. 1. *§. quæ specialis*. 1. *& §. per hanc*. 3. *ff. de rei vend. §. omnium autem*. 1. *vers. veluti si rem. Inst. de act.* Alia est Directa, quæ datur vero Domino aduersus quemcumque Possessorem *l. ob res*. 24. *ff. rer. amot. l. doce ancillam*. 9. *C. de rei vend.*: alia est Vtilis, quæ datur habentibus Dominium vtile; v. g. Emphyteutæ, & Vassallo *l. in speciali*. 73. *§.* 1. *iunct. ll. seqq. ff. de rei vend. l. agri*. 1. *& seqq. ff. siager vectigal. lib.* 2. *feud. tit.* 8. *in pr.* In rei Vindicatione, ex parte Actoris probandum est Dominium *l. in rem*. 23. *in pr. ff. de rei vend.*; ex parte Rei, Possessio *l. officium*. 9. *in pr. & per tot. ff. eod. l. actionum*. 25. *in pr. ff. de oblig. & act.* a. Quanuis in hac Actione

a *Mysing. Inst. de act. §. omnium autem. ex n.* 30. *Echelt. ad tit. ff. de rei vend. Vinn. ad d. §. omnium autem. n.* 19. vbi quod, probato dominio, sit restitutio rei, non in vim istius Actionis, sed ex Officio Iudicis.

sufficiat

sufficit allegare Causam propinquam, seu Dominium, omissa remota, hoc est titulo Dominij, seu ex Iure gentium, seu ex Iure ciuili: vtile tamen est exprimere etiam Causam remotam, seu Titulum. Nam succumbens in Iudicio, petita restitutione in integrum, si succumbat, poterit ex alio Titulo nouum Iudicium suscitare, & ex eo rem vindicare: quod facere non potest, vbi solam Causam proximam expresserit; quia censetur omne Ius suum deduxisse *l. § mater. §. eandem. ff. de except. rei ind.* [b].

Confessoria, & Negatoria.

III. HÆ duæ Actiones reales de Iure ciuili dantur pro rebus incorporalibus, nempe Seruitutibus *ut tot. tit. ff. si vsus fruct. pet. & tit. si seruit. vindic. §. æquè. 3. Inst. de act.*, Iuribus Iurisdictionalibus, & similibus [c]. Confessoria est, qua agimus contra impedientem nos vti Iure, siue Seruitute competenti nostræ Personæ, vel Rebus nostris ex re alterius *ex l. vti frui. 5. § 1. & § fin. ff. si vsusfr. pet. l. loci. 4. §. in confessoria. 2. & §. si fundus. 3. ff. si seruit. vind. l. harum. 7. l. si quis. 10. ff. eod. d. §. æquè. 3. Inst. de act.* Alia est Directa, quæ datur habenti Directum dominium in Prædijs dominantibus, contra Directum dominum Prædij seruientis *l. de seruitutibus. 2. § 1. ff. si seruit. vind.*: alia est Vtilis, quæ datur habenti Vtile dominium, vel Ius aliud in re in Prædio Dominante *l. ei qui. 16. ff. de seruit. l. vn. §. 4. de remiss. lib. 2. feud. tit. 8. in pr. l. 1. §. fin. ff. de superfic.* [d]. Actor probare debet suum Ius in re; & quod pro Prædio dominante, vel pro Persona sit constituta Seruitus in re alterius *l. de seruitutibus. 2. §. 1. ff. si seruit. vind. l. vti frui. 5. in pr. ff. si vsusfr. pet.* [e]. & petere, vt impediens abstinere cogatur ab impedimento; cum restitutione Interesse, Fructuum, & Damnorum *l. si ab hærede. 2. ff. si vsusfr. pet. l. loci corpus. §. in confessoria. 2. & seq. ff. si seruit. vind.*; præstando cautionem de non impediendo in futurum *l. ego. 12. ff. si seruit. vind. l. harum. 7. ff. eod.* Hæc tamen Actio datur pro Iudicio Petitorio; nam in Possessorio competit vtile Interdictum Vnde vi, vel vtilis Actio in factum [f].

[b] *Mynsinger. ad cit. §. omnium autem. Inst. de act. en n. 29.*
[c] *V. Vinn. ad §. æquè si agat. 3. Inst. de act.*
[d] *Mynsinger. ad §. æquè. 3. Inst. de act. n. 26.*
[e] *V. Oinot. ad d. §. æquè n. 18.*
[f] *Mynsing. ad d. §. æquè. Inst. de act. n. 30.*

IV. Negato-

IV. Negatoria est, qua agimus, res nostras non seruire Rebus, siue Personæ prætendenti Ius in eis *d. l. usi fruct. 5. in pr. ff. si usufr. pet. l. de seruitutibus. 2. l. egi. 12. ff. si servit. vindi. d. §. æquè. 3. Inst. de act.* Est singulare in Negatoria, quòd Actor non teneatur probare, sed Reus; quia Actor negat Seruitutem in re sua, quam Reus affirmat: affirmatiua ergo probanda est, & non negatiua *l. actor. C. de probat. 5.*

V. Hæ quæ Actiones differunt non per Formam verborum, sed ratione Materiæ; quia siue verba concipiantur per affirmationem, siue per negationem, semper resultat Actio Confessoria, quando datur ad tuendam Seruitutem; & Negatoria, quando ad defendendam Libertatem [h]. Differunt a Rei vindicatione, quia hæc non datur possidenti; at priores dantur etiam possessori §. *æquè si agat. vers. nam in his. Inst. de act.* [i].

g *Mynsinger. ad d. §. aquè si agat. Inst. de act. n. 37. & seqq. Mann. ibid. vers. contra quoque. n. 19. Eckolt. ad tit. ff. si usufr. pet. §. 5.*

h *Mynsinger. ad d. §. aquè. Inst. de act. n. 35. Add. ad Eckolt. ad tit. ff. si servit. vind. §. fin.* i *Mynsinger. ad d. §. aquè. sub n. 54.*

§. IV.

Actiones Reales Prætoriæ.

I. SVnt quinque: Publiciana, Rescissoria, Paulina, Seruiana, Quasi Seruiana *d. §. sed istæ. 3. cum quatuor seqq. Inst. de act. l. 1. tot. tit. ff. de public. in rem act. l. pigneris. 17. ff. de pignor. l. pigneris. 18. C. eod.* Dicuntur Prætoriæ, quia eas Prætor de nouo induxit; cum Ciuiles ex ipsa origine sint de Iure ciuili, *d. §. sed istæ.*

Publiciana.

II. ESt, qua qui rem non Dominus per traditionem iusto titulo, & bona fide acceptam, nondum tamen vsucepit, eandem amissam sibi petit restitui a quocumque Possessore *l. ait Prætor. 1. iunctis sex seqq. l. quæcumque. 13. & tot. tit. ff. de public. in rem act. §. nunque. 4. Inst. de act.*, præter verum Dominum; & etiam præter eum, qui habet titulum *l. siue autem. 9. §. si duobus. l. penult. & vlt. ff. de public. act.*: vbi enim concurrit titulus & ex parte Actoris, & ex parte Rei, causa Possidentis est potior [a].

a *Bachou. §. nunque si cui. Inst. de act. Mynsinger. eod. Vinn. eod. Eckolt. ad tit. ff. de Public. in rem act.* Rescissoria.

Digitized by Google

Rescissoria.

III. Est, qui Dominus, in cuius absentia vsucapio contra illum fuit completa, eam rescindendo, intra annum vtilem (quod hodie commutatus est in quadriennium continuum [b]) agit contra Possessorem rei vsucaptæ, petendo, se Dominum declarari, sibique rem restitui vnà cum fructibus, & omni eo, quod interest, ac si nunquam fuisset vsucapta *§. rursus. Inst. de act. & tot. ff. & C. quib. ex caus. maior. etc.*

IV. Hæc Actio non competit nisi absenti, ex causa tamen necessaria, iusta, & probabili; non autem ex voluntaria, & iniusta *l. item. 4. cum l. seq. l. succurritur. 9. cum duab. seqq. l. item. 14. & seq. l. nec non. 28. & alibi. ff. quib. ex caus. maior. cit. §. rursus. 5. Inst. de act.* [c]. Ad eam requiritur, vt priùs rescindatur vsucapio per restitutionem in integrum: absentia quippe, vt impedimentum facti, non Iuris, non impedit compleri vsucapionem; ideoque opus est restitutione in integrum [d].

Pauliana.

V. EAdem est, ac Reuocatoria (quæ, vt & duæ Actiones sequentes, sunt quædam species Actionis Hypothecariæ [e], quæ in genere est: Actio, qua Creditor, rem quamlibet Pignori obligatam persequitur *l. si fundus. 16 §. 3. l. pignoris. 17. de pign. & hypoth.*) Est autem Pauliana: Actio realis (vel potiùs Actio Personalis in rem scripta [f]) qua id, quod Debitor in fraudem Creditorum verè alienauit, petitur, & quasi traditum non esset, reuocatur *§. item. 6. Inst. de act. l. ait Prætor. 10. & tot. tit. ff. quæ in fraud. cred. & tit. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred.* Per hanc Actionem, rescissa alienatione, restitui res debet vnà cum fructibus *l. ait Prætor. 10. §. per hanc. 19. & 3. seqq. l. si fraudator fin. §. non solum. 4. ff. quæ in fraud. cred. etc.*, etiam non refuso pretio *l. si debitor. 7. cum duab. seqq. ff. eod.* [g]

b *Mynsinger. ad §. rursus. Inst. de act. n. 17.*
c *Eckolt. ad tit. ff. quib. ex caus. maior. etc. §. 3. 4. 5.*
d V. *Bachou §. rursus. Inst. de act. n. 1. & 2. V. etiam Vinn. eod. n. 4. & 5. Mynsinger. ibid. per tot.*
e *Bachou. Inst. eod. §. item si quis; & §. item seruiana. n. 2.*
f *Mynsing. Inst. de act. §. item si quis. n. 19. Vinn. eod. n. 2. V. tamen Bachou. eod. n. 3.*
g V. *Vinn & Mynsing. ad d. §. item si quis. & Eckolt. ad tit. ff. de his quæ in fraud. cred. per tot.*

Seruiana

Seruiana.

VI. ESt, qua Locator, pro rebus in Prædium à Conductore inuectis, excusso priùs Conductore, agit contra illarum Possessorem, vt Iudex declaret, ipsi competere in illis Ius Hypothecæ, & conuentum condemnet, vt Locatori easdem res tradat, quòusque de Pensione, & Damnis satisfiat §. *item seruiana. 7. Instit. de act. Nouell. 4. cap. 2. l. Pomponius. 2. ff. in quib. caus. pign. etc. l. si fundus. 16. §. in vindicatione. 3. ff. de pignor.* h.

VII. Hac Actione non potest agi, nisi pro rebus inuectis, quę possunt obligari *tot. tit. ff. quæ res pign. vel hypoth. etc.* i. Differentia est inter Res inuectas in Prædium Vrbanum; quia in hoc inuectæ, tacitè remanent obligatæ absolutè; & in Rusticum, in quod inuectæ non obligantur Locatori, nisi sciat, illas esse illatas *l. eo iure. 4. in pr. ff. in quib. caus. pign. l. potior. 11. §. si colonus. 2. ff. qui pot. in pign. l. cersi iuris. 5. C. de locat. l. 4. ff. de pact.* k.

VII. Receptiùs est in Foro, quòd illata in Prædium rusticum, non nisi expressè obligentur; quia in rusticis satis prospectum videtur Locatori per tacitam Hypothecam fructuum *l. in prædijs. 7. ff. in quib. caus. pign. etc.*

Quasi Seruiana.

IX. ESt, qua quilibet Creditor, discusso priùs Debitore, Pignus, vel Hypothecam persequitur aduersus quemuis Possessorem, vt in Rem oppignoratam vel restituat possidendam ab Actore quòusque satisfiat de Debito; vel, si retinere malit, Pecuniam Creditori offerat *cit. §. item seruiana. vers. quasi. Inst. de act. l. Paulus. 12. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. si fundus. 16. §. in venditionibus. 3. & l. seq. ff. de pignor. l. pignoris. 18. C. eod. auth. hoc si debitor. C. eod. Nouell. 4. cap. 2. auth. sed hodie. C. de oblig. & act.* l.

h V. *Gothofred. in not. ad cit. l. si fundus. 16. §. in venditionibus. 3. ff. de pignor. Vinn. ad d. §. item seruiana. 7. Inst. de act. a n. 1. ad 7. Mynsing. & Oinot. eod. loc. Manz. eod. loc. n. 23. & seqq.*

i *Manz. loc. cit. n. 51. 52. 53. Eckolt. ad d. tit. qua res pign. vel hypoth.*

k *Mynsing. ad §. item seruiana. Inst. de act. sub n. 12. Manz. ibid. n. 41. & seqq. Harpp. ibid. ex n. 3. Vinn. eod. loc. n. 8. & seqq.*

l *Vide latè Mans. ad d. §. item seruiana, vers. quasi seruiana. Instit. de act. Mynsing. & Oinot. eod.*

§. V.

§. V.

Actiones in Personam Ciuiles, & Prætoriæ.

I. VTreque vel sunt Speciales, & Certę, vel Generales, & Vagæ. Pro his vltimis datur Actio in factum in genere *l. 1. cum tribus seqq. & l. quia. 11. ff. de præscript. verb.*: pro primis, de Iure ciuili tot dantur Actiones in personam, quot sunt Causæ contrahendæ obligationis de Iure ciuili. Actiones in Personam Prætoriæ sunt, quæ in casibus, in quibus Ius ciuile non dat Actionem, Prætor induxit de nouo Actiones *§. in personam. 9. Inst. de act. l. 25. in fin. de oblig. & act.* vel ex Conuentione, & Delicto proprio; vel ex Conuentione, & Delicto alieno [a].

Actiones Prætoriæ in Personam

Ex Conuentione propria.

II. SVnt duæ. Prima est de Constituta pecunia, de qua in *§. de constituta. 9. Inst. de act. & in tit. ff. & C. de constit. pec.* Per eam Creditor agit aduersus eum, qui nudo pacto, absque stipulatione promisit, certo die se soluturum Debitum antiquum, pro se, vel pro alio *l. 1. l. 5. §. 2. l. 18. §. 1. l. 11. §. 1. ff. de pec. constit. l. receptitia. 2. C. eod. §. de constituta. Inst. de act.* Tale Constitutum nequit habere locum in Obligatione merè Ciuili; sed præsupponit obligationem siue Naturalem tantùm, siue Mixtam: nam hæc Actio inducta est a Prætore ex æquitate, quæ semper fundatur in Obligatione Naturali *l. quod si maritus. 3. §. 1. ff. de pec. const.* [b].

III. Secunda dicitur Actio in factum ex Iureiurando *§. item si quis. 11. Inst. de act. tot. tit. ff. de iureiur. & tot. tit. C. de reb. cred. & iureiur.* Hæc Actio datur illi, qui, deferente Iuramentum Aduersario, legitimè iurauit, sibi aliquid deberi; vel rem controuersam esse suam; ad hoc, vt qui Iuramentum detulit, Debitum soluat, seu Rem peti-

a V. *latè Sutholt. dissert. 18. ex n. 12. ad 19.*
b V. *Mynsing. ad §. de constituta. Inst. de act. n. 11. Manz. ibid. n. 30.* De materia latè *Eckolt. ad tit. ff. d. pec. const. per tot.*

Digitized by Google

tam vnà cum fructibus, & acceſſionibus reſtituat [e].

IV. Hoc Iuramentum, ad differentiam Iudicialis, & Neceſſarij, quod defertur a Iudice, dicitur Voluntarium, & Deciſorium litis; quia defertur a Parte Patti collitiganti, per modum Conuentionis, & habet vim Tranſactionis *l. iusiurandum. 2 ff. de iureiur. l. quod ſi deferente. 21. ff. de dol. mal.*: neque poteſt retractari eius effectus a Deferente ſub pretextu Periurij; quia habet vim rei iudicatæ *l. cauſa. 1. C. de reb. cred. & iureiur. cit. l. 2. ff. de iureiur.*; quamuis puniri poſſit Periurus, ſi periurium probetur [d].

Actiones Prætoriæ in Perſonam

Ex Conuentione aliena.

V. QVis adſtringitur ex Conuentione aliena, vel quia alter contraxit ex ipſius Voluntate; vel quia ad illum peruenit Commodum Contractus [e].

VI. Alter contrahit ex alterius Voluntate Expreſſa; & tunc datur Actio Quod iuſſu, quæ competit aduerſus Dominum, vel Patrem, qui Seruum, aut Filium contrahere cum alio iuſſit *§. ſi igitur. Inſt. quod cum eo, qui in alien. poteſt. l. 1. & tot. tit. C. eod. ff. quod iuſſu* [f].

VII. Vel contrahit ex alterius Voluntate Tacita, quæ colligitur ex commiſſione Officij; & tunc datur Actio Exercitoria; quæ competit ex Contractu geſto a Magiſtro nauis præpoſito, in cauſam ipſius Magiſterij, contra Exercitorem, qui præpoſuit *§. eadem ratione. 2. verſ. exercitoria. Inſt. tit. quod cum eo, qui in alien. poteſt. etc. l. 1. & tot tit. ff. & C. de exercit. act.* g. Vel datur Actio Inſtitoria; quæ aduerſus Dominum, qui præpoſuit negotiationi terreſtri, competit Contrahenti cum Inſtitore *d. §. eadem. 2. verſ. Inſtitoria. Inſt. quod*

e V. *Manz. ad d. §. item ſi quis. 11. Inſt. de act. ex n. 25.*
De tota hac materia Iurisiurandi *V. latè apud Eckolt. ad tit. ff. de iureiur. & Suthelt. diſſert. 18. ex n. 22. Vinn. ad d. §. item ſi quis.*

d V. *Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 319. Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 14. Oinot. ad d. §. item ſi quis. Inſt. de act. ex n. 114.*
An, præter Accuſationem, detur pro eiuſmodi periurio Actio ciuilis ad Damna, & intereſſe *V. Aur. Matth. de Crim. tit. de Periurio. c. 1. n. 2.*

e *Suthelt. diſſert. 18. n. 31. Add. ad Eckolt. ad tit ff. de exercit. act. §. 1.*

f V. *Eckolt. ad tit. ff. quod iuſſ.*, vbi quòd hæc Actio vtilis datur, etiam ſi libera Perſona iuſſu meo in meam vtilitatem contrahat, aut impendat.

g V. plenè apud *Eckolt. ad d. tit. ff. de exercit. act.*

cum

cum eo, qui in alien. potest. etc. l. 1. & tot. tit. ff. de Inst. act. l. 1. & tot. tit. C. eod.: et conceditur vtiliter aduersus ipsius Præponentis Hæredem ex Contractu eiusdem Institoris, inito post mortem Præponentis *l. cuicumque. 5. §. si ab alio. 17. l. si quis. 17. ff. eod.* h.

VIII. Vel Tacita voluntas colligitur ex concessione Pecuniæ; & tunc datur Actio de Peculio ex Contractu Filij, vel Serui, contra Patrem, vel Dominum, ad hoc vt soluat, quatenus est in peculio, deducto tamen priùs eo, quod illis debetur *§. actiones autem. Inst. de act. l. sed si dammum. 9. §. peculium. 2. §. huic definitioni. 3. ff. de pecul.* i.

IX. Hæc Actio non tollit, quo minùs Filiusfamilias sit obligatus in solidum de Iure communi *l. filius familias. 39. ff. de oblig. & act. l. si quis. 49. ff. de pecul.*, extra casum S. C. Macedoniani *vt in l. 1. & tot. tit. ff. ad S. C. Maced. §. illud. 7. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest. etc.* k.

X. Datur etiam Actio Tributoria contra Dominum, quando, ipso sciente, Seruus negotiatus est in Merce peculiari: & competit ad Contributionem, seu Distributionem Peculij, faciendam pro rata inter Dominum, & reliquos Creditores *§. introduxit. 3. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. tot. tit. ff. de tribut. act.* l.

XI. Quando Contractus Serui, vel Filijsfamilias, etiam factus sine voluntate expressa, vel tacita Domini, aut Patris, cessit in vtilitatem, vel commodum alterutrius, datur contra hos Actio De in rem verso: hoc est in quantum est versum, & non vltra *§. præterea. 4. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. tot. tit. ff. de in rem vers.* Hæc Actio habet locum nedum in Seruis propriè sumptis, sed etiam in Famulis m.

h *Eckolt.* plenè ad *tit. ff. de Instit. act.*

i. Scilicet extra Causam peculij: nec enim verisimile videtur, quòd Dominus, vel Pater concedat in peculium quod sibi debetur *V. Eckolt. ad tit. ff. de pecul. §. 6.*

k Ad eius explicationem V. latè *Eckolt. d. tit. ff. ad S. C. Maced.*

l. V. *Eckolt. ad tit. ff. de tribut. act.*

m *Mynsing. ad d. §. præterea. Inst. quod cum eo etc. n. 1. & 2. Mant. ibid. n. 22.* De electione, & concursu harum sex Actionum, competentium ex alieno Contractu *V. §. cæterum. 9. Inst. quod cum eo, qui in alien. etc. & ibi Mant. & Harpp. & Eckolt. ad singulos titulos ff. mox indicatos.*

Actiones Prætoriæ in Personam

Ex Delicto proprio.

XII. TRes enumerantur in §. *pœnales*. 12. *Inst. de act.* Prima dicitur de Albo corrupto; quæ datur cuilibet de Populo aduersus eum, qui dolo malo corrupit, vel sustulit Mandata, proposita causa Iurisdictionis perpetuæ, ad pœnam quinquaginta aureorum *l. si quis*. 7. *cum duab. seqq. ff. de iurisd. omn. iud.*, Petitori applicandam [n].

XIII. Secunda dicitur Actio in factum de in Ius vocando; quæ habet locum etiam de Iure Canonico, præterquam in Spiritualibus [o]. Hæc datur aduersus eum Actorem, qui absque venia petita vocauit in Ius aliquem inuitum, ex ijs, quos Prætor vocari in Ius prohibet [p], ad hoc vt quinquaginta aureorum pœnam, petenti applicandam, soluat, vel in corpore luat *l. quique*. 4. *cum aliquot seqq. l. in eum*. 24. *l. si fine*. 25. *ff. de in ius voc. l. sicut*. 1. *cum duab. seqq. C. eod.* Hæc Actio non pendet a Patria Potestate; vnde datur contra quoscumque Filios, qui honestè possint nominare Patrem *l. qui in potestate*. 3. *C. de in ius voc.* nec potest expressè remitti, nisi quo ad pœnam *l.* 1. *C. eod.* [q].

XIV. Tertia est Actio in factum de in Ius vocato, vi exempto; quæ datur Actori vocanti Aduersarium in Ius in causa ciuili, contra eum, qui per se, vel per alium, vel ventem violenter exemit, & impediuit *l.* 1. *& tot. tit. ff. ne quis eum qui in ius vocab. vi exim.* Datur autem ad tanti, quanti Actor in litem iurauerit [r].

n *Vinn. ad d. §. pœnales, Inst. de act. n.* 1. *&* 2. *Harpp. ibid. n.* 2. *& seqq. & n.* 10. *& seqq. Manz. ibid. per tot. & n.* 49.

o *Cyriac. contr.* 137. *n.* 1. *& seqq.*

p Has Personas enumerant *Harpp. Vinn. & Oinet. ad d. §. pœnales & Eckolt. ad tit. de in ius voc. §.* 8. & quòd ex æquiparatione competat hæc Actio etiam Patrono Ecclesiastico *V. Lambertin. de Iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 11. *princip. art.* 2.

q *Tabor. V. reuerentia. axiom.* 2. *Gallerat. de renunciat. tom.* 2. *cent.* 1. *renunciat.* 9. *n.* 12.

De vsu huiusce Actionis secundùm præsentaneos mores V. *Vuesemb. in Parat. ad tit. ff. de in ius voc. n.* 12. *Manz. ad d. §. pœnales. n. fin.*

r *Eckolt. & Add. d. tit. ne quis eum, qui etc. §.* 3.

Quibus casibus cesset hæc Actio V. apud *Eckolt. loc. cit. §.* 4. *& apud Harpp. & Manz. ad §. pœnales. vers. item aduersus.*

Actiones

Actiones Prætoriæ in Personam

Ex aliena Delicto.

XV. DOminus, etiam ignorans, aut impedire non valens, obligatur ex Maleficio Serui, vel ad dedendum Seruum noxæ, vel ad præstandam litis æstimationem *pr. Inst. & l. 1. & tot. tit. de noxal. act.* Hinc denominantur Actiones Noxales, de quibus *Inst. ff. & C. de noxal. act.* Licèt sint Personales, dantur in quemcumque Possessorem Serui; quia Noxa sequitur Caput §. *omnis autem. Inst. & l. si bona fide. 12. & si ad libertatem. 42. & fin. ff. eod. l. 1. C. eod.* & hæ Actiones prodiere sunt etiam a Iure ciuili, vt in casu Furti, Damni, & Iniuriæ §. *sunt autem. 4. Inst. eod.* [s]. Hodie autem non habent locum in Maleficio Filiorum §. *sed veteres. fin. Inst. eodem. l. apud. 21. in fin. C. de furt.*: pro quibus non tenetur Pater ad aliquid; sed tantùm ipsi Filiifamilias possunt conueniri *Inst. eod. in fin. l. noxali. 33. versus diuers. seqq. ff. eod. l. 39. de oblig. & act.* [t].

XVI. Non solùm Dominus potest teneri de Maleficio Serui, sed etiam de Damno a propria Bestia illato [u]: quod cum fiat sine iniuria, dicitur Pauperies *pr. Inst. & l. 1. §. 1. & 3. ff. si quadrup. pauper. feciss. dic.* Si Quadrupes Damnum det contra naturam sui generis, datur contra Dominum Actio de Pauperie; vt vel Quadrupedem noxæ dedat, vel noxæ æstimationem præstet *pr. Inst. & d. l. 1. §. 4. & 7. ff. si quadrup. paup. feciss. dic.*: si secundùm naturam; vel vltrò pecus ingressum est, & datur contra Dominum Actio de pastu pecoris, quæ non est Prætoria, sed Ciuilis *l. qui seruandarum. 14. §. 1. ff. de præscript. verb.*; vel ab alio impulsum est, & datur Actio Legis Aquiliæ *l. de his. fin. C. de leg. Aquil.*; cum qua tamen concurrere potest prædicta Actio de pastu pecoris [x].

s V. *Vnesemb. ad tit. ff. eod. & Manz. ad §. sunt autem. Inst. eod.*

t V. *Harpp. & Vinn. ad cit. §. fin. Inst. de noxal. act. Eckolt. ad tit. ff. eod.*

u Vt teneatur, requiritur in Domino saltem Culpa leuissima *V. Calsun. de aquil. lib. 3. c. 268. n. 20. & 21.* At Bruta non cadit Crimen: cur tamen interdum pœnita *V. Ant. Matth. de Crim. in Prolog. cap. 2. n. 1.*

x V. *Sutholt. dissert. 28. n. 46. & 4. Manz. & Mynsing. ad tit. Inst. & Eckolt. cum Addi. ad tit. ff. si quadrup. pauper. fecisse dic. & Gothofr. in not. ad l. de his. C. de leg. Aquil. n. fin.*

Actiones

Actiones Præiudiciales.

XVII. Dicuntur tales quæ inductæ sunt a Prætore, vt discutiantur priùsquam cognoscantur aliæ Controuersiæ inter Actorem & Reum v. Eæ versantur circa causam Status hominis: & sunt tres, de quibus in *§. præiudiciales. Inst. de act.*

XVIII. Prima est inter Dominum, & Seruum; & appellatur Causa liberalis; in qua quæritur, an aliquis sit Liber, vel Seruus *d. §. præiudiciales. Inst. de act. tot. tit. ff. & C. de liberal. caus.* z.

XIX. Secunda est inter Patronum, & Libertum; & dicitur Causa Ingenuitatis; in qua quæritur, an aliquis sit Ingenuus, vel Libertus *d. §. præiudiciales. Inst. de act. tot. tit. ff. si ingen. esse dic.* a.

XX. Tertia est inter Parentes, & Liberos; & vocatur Actio de Partu agnoscendo; in qua quæritur, an aliquis sit Filius *cod. §. præiudiciales. Inst. de act. & tit. ff. de agnosc. & alend. lib.* b.

y *Harpp. ad §. præiudiciales.* 14. *Inst. de act.* n. 1. V. tamen *Rachen. & Vinn. ad eund. §.* n. 1.

z V. latè *Eckolt. ad tit. ff. de liberal. caus.*

a *Eckolt. ad tit. ff. si ingen. esse dic.*

b *Eckolt. ad tit. ff. de agnosc. & alend. lib.*

Vt istiusmodi Actiones præiudiciales sint in Rem V. apud *Harpp. & Vinn. ad d. §. præiudiciales.* 14. *Inst. de act.*

§. VI.

Nomen Generale Actionum

In Rem, & in Personam.

1. EX vtroque Iure tam Ciuili, quàm Prætorio, omnis Actio Realis generaliter potest dici Vendicatio *l. actionum.* 25. *in pr. ff. de oblig. & act. §. appellamus.* 15. *Inst. de Act.*; quia Vendicare nihil est aliud, quàm adpropriare, seu allerere, aliquid esse suum a.

a *Vinn. ad d. §. appellamus. Inst. de act.* n. 1. *Harpp. ibid.* n. 3. & 4.

Digitized by Google

II. E contra omnis Actio Personalis generaliter designari potest nomine Condictionis *cit. §. appellamus. 15. Inst. de act. & d. l. actionum. 25. ff. de oblig. & act.* Hæc vox significat Denunciationem; quia olim Actor denunciabit Reo, vt ex condicto in Iudicium veniret certo die. At quia id fiebat solùm in Iudicijs, in quibus Debiti, & Crediti ratio versabatur, idcirco nomen Condictionis nunquam fuit vsurpatum in Actionibus Realibus; sed remansit, adhucque remanet proprium Actionum in Personam [b]: quamuis specialiter Condictio dicatur de Actionibus in Personam concessis a Lege; non verò de venientibus ex Obligatione habente certum Nomen [c].

III. Proprium est in Condictionibus, quòd Dominus rei nequeat petere, Dari sibi rem suam; quia hæc formula tantùm conuenit Actioni Personali *l. vbi autem. 75 §. fin. de verb. oblig. §. sic itaque. 14. Instit. de act.* [d]. Id tamen fallit in Condictione Furtiua, per quam Dominus intendit, sibi Dari oportere a Fure, vel eius Hærede [e] rem sibi furto sublatam, si ea extet; sin minùs, æstimationem *§. fin. Inst. de oblig. quæ ex del. l. 1. & l. si pro fure. 7. §. 1. & 2. & tot. tit. ff. de condict. furtiu. §. sic itaque. 14. Inst. de act. §. furti actio. 19. & fin. Inst. de oblig quæ ex del.* Licèt enim Dominus possit vendicare rem, vel agere Actione furti *iuribus citatis. & l. ancillæ. 12. C. de furt. l. eum qui. 14. §. 16. & tot. tit. ff. eodem*, Ius tamen Ciuile in odium Furis concessit vlteriùs Condictionem furtiuam; per quam Fur, & eius Hæres quasi finguntur Domini rei sublatæ, & contrahunt obligationem ad eam præstandam, siue possideant, siue non [f].

b *Manz. ad d. §. appellamus. Inst. de act. n. 5. & 6.* V. tamen *Harpp. ibid. §. 5. Vinn. ibid. n. 2. Bachou. ibid. n. 2.*

c *Eckolt. ad tit. ff. de condict. ex leg. §. 1.*

d V. *Vinn. ad d. §. sic itaque. 14. Inst. de act. n. 1.*

e An Condictio furtiua aduersus Hæredem furis detur in solidum, affirmat *Anton. Matth. de Crim. tit. de fur. n. 2. cap. 4.*

f V. *Harpp. ad §. sic itaque. 14. Inst. de act. n. 9.* V. omnino *Bachou. eod. n. 4. & 5. Vinn. eod. num. 2.*: vbi quòd licèt Condictio hæc detur soli Domino *l. 1. ff. de condict. furt.* is tamen non tenetur Dominium probare; sed sufficit si alleget: in quo hæc Actio est vtilior Vendicatione.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

Actiones Mixtæ in Rem, Et Personam.

I. IN §. *quædam actiones*. 20. *Inst. de act.* dicitur, quòd quædam Actiones Mixtam Causam obtinere videntur tam in rem, quàm personam. Hinc aliqui eruunt, quòd verè dentur huiusmodi Actiones Mixtæ: alij, & fortè rectiùs; censent, quòd Actiones recensitæ in *d.* §. sint simpliciter personales, cùm descendant ex Quasi contractu: & ad hoc ponderant, quòd Imperator vtatur verbo Videntur, quod improprietatem denotat. Et verè dicuntur Mixtę eo tantùm respectu, quia in ijs vterque Litigantium est Actor, & Reus *l. in tribus*. 13. *ff. de iud. l. iudicium*. 10. *ff. fin. regund. l. inter coheredes*. 44. §. *qui familiæ*. 4. *ff. fam. ercisc. l. actionis*. 37. *ff. de oblig. & act.* a.

II. Prima ex his Actionibus est Actio Familiæ erciscundæ; qua Hæres agit contra cohæredem, ad Hæreditatem inter ipsos diuidendam, & præstationes ex æquo, & bono adiudicandas *d.* §. *quædam*. 20. *Inst. de act. l.* 1. & *l. puto*. 6. §. *sed et si dolo*. 4. *l. item Labeo*. 12. §. *familiæ*. 4. *ff. fam. ercisc. l. incerti*. 19. *C. eod.* b.

III. Secunda est Actio Communi diuidundo; qua inter Condominos reî particularis agitur, vt hæc diuidatur, & præstetur quod alterum alteri præstare æquum est *cit.* §. *quædam*. 20. *Inst. de act. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. & *passim*. *ff. comm. diuid.* c.

IV. Tertia est Actio Finium regundorum; qua agitur inter habentes Agros confines, ad constituendos nouos terminos, vel reparandos antiquos, & ad præstationem eius, quod interest *d.* §. *quædam*. 20. *Inst. de act. l.* 1. & *tot. tit. ff.* & *C. fin. regund.* d.

V. In his tribus Actionibus, vbi non sit locus facili Diuisioni, Officium Iudicis est, ex æquo, & bono adiudicare vni Rem incapacem diuisionis; eumque cogere, vt certam pecuniam alteri soluat *d.* §. *quædam*. 20. *Inst. de act. l. Mœuius* 52. §. 2. *l. si familiæ*. 55. *ff. fam. ercisc. l.* 3. *l.* 6. & *seqq. ff. comm. diuid. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *l.* 4. *fin. regund.* e.

a V. *Suthelt. dissert.* 17. *n.* 29. & 30. *Manz. ad d.* §. *quadam*. 20. *Inst. de act. n.* 1. *Vinn. ibid. num.* 1. *Harpp. ibid. num.* 1. & *seqq. Eckolt. ad tit. ff. fin. regund.* §. 1.

b V. *Eckolt. ad tit. ff. fam. ercisc.*

c *Eckolt. ad tit. ff. comm. diuid.*

d *Eckolt. d. tit. ff. fin. regund.*

e V. *Vinn.* & *Harpp. ad* §. 4. 5. & 6. *Inst. de off. Iud.*

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Actiones Persecutoriæ vel Rei, vel Pœnæ, vel Vtriusque.

I. IN rigore hæc est subdiuisio Actionum in Personam: nihil enim attinet ad Actiones in Rem, vt quæ semper sunt persecutoriæ solius Rei. Nec obstat, quòd aliquando crescant Iureiurando in litem, quod inuoluere videtur Pœnam *l. cum pater. 60. §. 1. ff. ad l. falcid.*: nam id non est ex vi Actionis, sed pendet ab Officio Iudicis. Item non nocet Pœna conuentionalis, quæ semper venit in Actionibus in rem: nam illa debetur ex stipulatione, & sic non ex Actione in rem *l. si pœnam. 68. ff. §. vlt. Inst. de verb. oblig.* [a].

II. Solæ igitur Actiones in Personam aliæ sunt Persecutoriæ Rei. Tales dicuntur, quibus persequimur id, quod nobis ex patrimonio nostro abest *l. in honorarijs. 35. ff. de oblig. & act.*: nam Res hic significat quidquid ad patrimonium nostrum pertinet; seu iam sit nostrum, seu ex obligatione debeat fieri nostrum.

III. Aliæ sunt Pœnales. His persequimur id, quod ex patrimonio nostro nobis non abest, sed patrimonio accedit in pœnam eius, a quo petitur.

IV. Aliæ sunt Mixtæ, quibus persequimur simul & quod abest, & quod non abest.

V. Præcipuum discrimen inter Actiones Persecutorias Rei, & Pœnales, est; quòd primæ transeunt actiuè, & passiuè in Hæredes *l. ex contractibus. 49. ff. de oblig. & act.*; & vbi instituantur aduersus plures, vno soluente, cæteri liberantur *l. 3. §. 1. ff. de duob. reis*: Pœnales nullo pacto transeunt §. 1. *Inst. de perp. & temp. act. l. vn. C. ex del. defunct. etc.*; & in illis singuli semper tenentur ad solidum *l. item Mela. §. 2. ad l. Aquil.* [b].

a V. *Suthols. differ. 18. ad Inst. aphor. 50. & Eckolt. ad tit. §. de obl. & act. §. 40.*

b V. ad hæc *Eckolt. ad tit. ff. de obl. & act. ex §. 39. Suthols. d. differt. 18. ex n. 50. Manz. Vinn. & Harpp. ad §. sequens. 16. Inst. de act.*

Actiones Perſecutoriæ Rei.

VI. SVnt, quæ deſcendunt ex Contractu, vel Quaſi. Tales ſunt primò, Condictio certi ex mutuo, & Condictio certi ex ſtipulatu *d. §. ſequens. 16. Inſt. de act. l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. etc.* Vtraque hæc Actio dicitur Condictio certi; quia nequit fieri certior deſignatio, quàm cum res fungibilis certo pondere, numero, menſura circumſcribitur: hoc fit in Mutuo. Vel quando certis verbis deſignatur, qualis, & quanta res ſit: hoc fit in Stipulatione. Hinc hæ duæ Actiones retinuerunt ſibi ſpeciale nomen Condictionis certi; cum Actiones cæterorum Contractuum receperint nomen ab ipſis Contractibus [c].

VII. Secundò, Actio Commodati *§. rei perſequendæ. 17. Inſt. de act.* Hæc vt Directa datur Commodanti aduerſus Commodatarium; vt Contraria Commodatario aduerſus Commodantem *l. in commodato. 17. l rem mihi. 21. ff. commod.* [d].

VIII. Tertiò Actio ciuilis Depoſiti *cit. §. 17. Inſt. de act. l. 1. l. 7. ff. dep.* Directa datur Deponenti contra Depoſitarium; Contraria Depoſitario contra Deponentem *l. 1. §. 9. & §. 22. l. 5. & l. 22. ff. eod.* [e].

IX. Quartò, Actio Mandati *d. §. 17. Inſt. de act.* Directa competit Mandanti contra Mandatarium; Contraria [f] Mandatario contra Mandantem *l. 8. & l. 10. & paſſim. ff. mand.*

X. Quintò, Actio pro Socio *cit. §. 17. Inſt. de act. l. 50. ff. pro ſoc.* Hæc vtrobique eſt Directa *§. 2. Inſt. de pœn. tem. litig.* Conceditur Socio contra Socium ad ea, quæ veniunt ex natura Societatis *l. 3. & paſſim. pro ſoc.* [g].

XI. Sextò, Actio ex Empto *cit. §. 17. Inſt. de act.* Hæc ſimpliciter eſt Directa. Per eam Emptor agit contra Venditorem ad id, quod naturaliter ineſt emptioni, & quod inter Contrahentes actum eſt *l. 13. §. 8. 10. & 18. ff. de act. emp.*

[c] V. *Manz. ad d. §. ſequens. 16. Inſt. de act. ex n. 1. & n. 18. Mynſinger. ibid. ex n. 7. Vaeſſenb. ad tit. ff. ſi cert. pet. n. 14.*

[d] V. *Manz. loc. cit. ubi de hac Actione. Mynſinger. ibid. ex n. 30. Vaeſenb. ad tit. ff. commod. ex n. 10. Eckolt. ibid. ex §. 6.*

[e] *Manz. loc. cit. Mynſing. eod. loc. ex n. 36. Eckolt. ad tit. ff. dep. §. 7. 8.*

[f] Contraria datur ad totum id quod intereſt V. *Deluc. de tutor. diſc. 16. n. 3. Manz. loc. cit. vbi de mandati act. Mynſing. ibid. ex n. 46. Eckolt. ff. mand. §. 7.*

[g] *Manz. & Mynſing. ex n. 54. ad d. §. 17. Inſt. de act. Eckolt. ad tit. ff. pro ſoc. §. 7.*

XXII. Septi-

Digitized by Google

XII. Septimò, Actio ex Vendito *cit. §. 17. Inst. de act.* Hæc pariter est tantùm Directa. Datur Venditori contra Emptorem ad id, quod is præstare tenetur *cit. l. 13. §. 19. de act. emp.* h.

XIII. Octauò, Actio Locati *cit. §. 17. Inst. de act.* Et hæc tantùm est Directa. Ea Locator vel rei, vel operis agit contra Conductorem; in primo casu pro Pensione, vnà cum Vsuris a tempore moræ *l. legem. C. de locat. & cond. l. præses. C. eod. l. quæro. ff. locat.*; in secundo, vt Opus absoluat, & præstet quanti interest *l. ea lege. 51. ff. eod.*

XIV. Denum Actio Conducti. Hæc quoque est solùm Directa; qua Conductor seu rei, seu operis agit contra Locatorem, vt in primo casu Prædium tradat, ita vt liceat vti, alioquin soluat quod interest *l. ex conducto. 15. pr. & §. 1. & 8. ff. loc.*; in secundo præstet Mercedem conuentam *l. qui operas. 38. ff. eod.* i.

Actiones Pœnales.

XV. SVnt duæ *§. ex maleficijs. Inst. de act.* Prima est Actio Furti manifesti, competens omnibus, quorum interest, aduersus Furem deprehensum cum furto, ad quadruplum *l. cuius interfuit. 10. l. in furti actione. 50. in pr. l. si vendidero. 80. l. is cuius. 85. ff. de cond. furt.*

XVI. Altera dicitur Actio Furti nec manifesti, competens omnibus, quorum interest, contra furem, eosque qui opem, aut consilium præstiterunt, ad duplum rei subtractæ, ad locum destinatum iam perlatæ *l. is qui opem. 34. ff. de furt. l. in furti. 50. in pr. d. l. si vendidero. 80. l. is cuius. 85. ff. eod. l. si pro fure. §. furti. ff. de cond. furt.*

XVII. Hæ duæ Actiones dicuntur Merè pœnales, quia totum Quadruplum, vel Duplum est Pœna *l. qui vas. 48. in pr. ff. de furt.* cum præter illam adhuc Dominus possit agere vel Rei vendicatione, vel Condictione furtiua *l. si pignore. 54. §. 3. ff. de furt.* k.

h *Manz. eod. loc. Mynsinger. pariter eod. loc. ex n. 63. Eckolt. ad tit. ff. de act. empt. per tot.*

i *Manz. & Oinot. ad d. §. 17. Inst. de act. vbi de actione loc. & cond. Eckolt. ad tit. ff. locat.*

k *Oinot. & Manz. ad §. ex maleficijs. Inst. de act. Eckolt. ad tit. ff. de furt. §. 15. 16. & 17. & ad tit. ff. de condict. furtiua.*

Actiones Mixtæ.

XVIII. SVnt eæ, quibus in Pœna venit etiam Res §. *vi autem.* 19. *Inſt. de act.* Talis eſt primò Actio Vi bonorum raptorum. Hæc datur ei, cui res per vim erepta eſt, aduerſus doloſum raptorem, in quadruplum intra annum, in ſimplum poſt annum *l. qui rapuit.* 1. *l. Prætor ait.* 2. §. 13. §. 21. §. 22. *ff. de vi bon. rapt. l. ſi res.* 2. *l. de bis.* 4. *C. eod.* [l].

XIX. Secundò, Actio Legis Aquiliæ. Datur Domino aduerſus damnificantem; & per inficiationem creſcit in duplum *d.* §. *vi autem.* 19. *Inſt. de act. l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil.* [m].

XX. Tertiò, Actio ex Teſtamento. Datur in duplum contra eum, qui vel negat, vel ſine cauſa differt ſoluere Legata, aut fideicommiſſa relicta pijs Cauſis *d.* §. *vi autem.* §. *ſed furti. Inſt. de act.* [n].

Actiones in Simplum, Duplum, Triplum, Quadruplum.

XXI. NVlla Actio datur vltra hanc taxam; & quia leges horrent proceſſum in infinitum, & quia modum amant in omnibus, præſertim in pœnis *l. qui bona.* 13. §. *vlt. ff. de damn. infect. l. ſi quis vina.* 4. §. *vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter. etc. c. cum in multos. de reſcrip. in b.* [o].

XXII. In Simplum datur Actio legis Aquiliæ ex primo capite §. *vi bonorum.* 19. *Inſt. de act.*; & dicitur in Simplum, quia nec multiplicatur Animal, nec verum eius Pretium [p].

XXIII. In duplum ſunt Actio Furti nec manifeſti §. *in duplum. Inſt. de act. l. in furti actione.* 50. *in pr. ff. de furt.*: Actio legis Aquiliæ contra inficiantem *d.* §. *in duplum. Inſt. de act. l. inde Neratius. ad*

[l] *Manz. ad* §. *vi autem.* 19. *Inſt. de act. Eckol. ad tit. ff. de vi bon. rapt. ex* §. 3.

[m] *Manz. ad d.* §. *vi autem. & Eckolt. ad tit. ff. ad l. Aquil.*

[n] *Oinot. & Manz. ad d.* §. *vi autem, Vinn. ibid.* vbi de alijs quibuſdam Actionibus Mixtis ex re, & pœna *n.* 2. & 3.

[o] An et Pœnæ conuentionales poſſint, vel non dari vltra quadruplum *V. apud Harpp. ad* §. *omnes.* 21. & *ad* §. *in ſimplum.* 22. *Inſt. de act. n.* 4. *Vinn. ibid. n.* 1. & *ad* §. *alteri.* 18. *Inſt. de inutil. ſtipul. n.* 3. & 4.

[p] *Manz. ad* §. *in ſimplum.* 22. *Inſt. de act. Harpp. & Vinn. ibid.*, vbi quotuplex ſiteq Actio in ſimplum ſit.

l. Aquil.

l. Aquil.: Actio Prætoria Depositi, pariter contra Depositarium inficiantem in casu Incendij, Ruinæ, Naufragij *d. §. in duplum. Inst. de act. l. 1. § 1 ff: depos.*: Actio ex Testamento, contra negantem, vel differentem soluere Relicta pia § *sed furti. Inst. de act.*

XXIV. Est & alia Actio in duplum, quæ dicitur Serui corrupti; quæ datur Domino contra, dolosa persuasione, Serui animum [q] corrumpentem *l. 1. & seqq. ff. de seru. corrupt. tit. C. eod. d. §. in duplum. Inst. de act.*; vnde cum Seruus sit in patrimonio, Dominus dicitur factus pauperior *l. vt tantùm. 14. ff. de seru. corrupt.* Datur etiam hæc Actio vtilis Patri pro Filijs, & Dominis pro Famulis corruptis, iuxta aliquos [r].

XXV. In Triplum vnica est Actio, quæ dicitur Condictitia de sportulis; qua olim Reus agebat ad triplum ex grauamine Sportularum, contra Actorem, qui per fraudem plus in Libello complexus fuerit §. *tripli. 24. Inst. de act.* At hodie non est in vsu; nam Sportulæ non præstantur Iudicibus iuxta summam in Libello petitam; sed iuxta taxam, & stylum Curiarum [s].

XXVI. In Quadruplum datur Actio Furti manifesti, de qua supra *§. ex maleficijs. Inst. de act. d. l. in furti. 50. pr. de furti. §. quadrupli. Inst. de act.*: Actio quod metus causa, intra annum tamen, cum sit Prætoria *d. §. quadrupli. & l. 1. & tot. tit. ff. quod met. caus.* [t]: Actio Calumniæ, pariter intra annum, contra eum qui pecuniam accepit, vt alicui innocenti per calumniam negotium in Iudicio faceret, vel non faceret *d. §. quadrupli. l. 1. & 3 & passim. ff. de calumniat.* [u]: Condictio ex lege aduersus Executores; quæ competit contra Ministros publicos, vel Præsidentes Officijs publicis, exigentes aliquid dolo malo per concussionem vltra Sportulas debitas *d. §. quadrupli. Inst. de act.* [x].

[q] In Corpore si Seruus sit læsus, datur Actio Legis Aquiliæ *Harpp. ad d. §. in duplum. n. 2.*

[r] *Vinn. Harpp. & Manz. ad d. §. in duplum. Inst. de act.* Alias Actiones in duplum recenset *Harpp. loc. cit. n. 7.*

[s] V. *Manz. Vinn. & Harpp. ad d. §. in triplum. 24. Inst. de act.*, penes quos plura de Sportulis, & earum materia.

[t] V. *Eckolt. ad tit. ff. quod met. causa.*

[u] *Eckolt. ad tit. ff. de calumn.*

[x] Ad vlteriorem explanationem harum Actionum V. *Manz. Vinn. & Harpp. ad d. §. quadrupli. 28. ad §. sed furti. 26. & §. item actio. 27. Inst. de act.*

§. IX.

§. IX.

Actiones bonæ Fidei,

Et stricti Iuris.

I. DIuisio hæc spectat ad Actiones Persecutorias rei, descendentes ex Contractu, vel Quasi. Bona Fides hìc non sumitur oppositiuè ad Malam: nam omnis Contractus respicit bonam fidem *l. bonam fidem. 4. C. de oblig. & act.* Sumitur ergo pro Æquitate, seu bono, & æquo. Hinc Contractus, & Actiones bonæ fidei dicuntur, in quibus spectatur non tantùm quod dictum est, sed etiam quod officij, & æquitatis ratio postulat *l. consensu. 2. §. fin. de oblig. & act. l. quia tantumdem. 7. de negot. gest.* E contra Contractus, & Actiones stricti Iuris sunt, in quibus Iudex prorsus adstringitur ad id, quod tantùm expressè conuentum est *l. quicquid. 99. ff. de verb. oblig. d. l. 7. de negot. gest.* [a].

II. Regulariter omnes Actiones deberent esse stricti Iuris, vt tollatur locus errori in Iudicibus: verùm in Negotijs ad vsum necessarijs suasit vtilitas, vt ea iudicarentur ex æquo, & bono [b].

III. Vt sciretur quænam sint hæc negotia, in *§. actionum autem. Inst. de act.* enumeratæ sunt Actiones Bonæ fidei, vt constaret reliquas esse stricti Iuris *l. fin. C. de hæredit. petit.* Sunt ergo, Actio ex Empto, ex Vendito, ex Locato, ex Conducto, Negotiorum gestorum (tam Directa competens ei, cuius negotium gestum est, quàm Contraria competens negotiorum gestori [c]), Mandati, pro Socio, Commodati, Depositi, Pignoratitia (de qua supra, vbi de Pignore): Tutelæ (de qua pariter supra ad fin. primi Obiecti Iuris), Familiæ erciscundæ, Communi diuidundo, Actio præscriptis verbis, tam quæ pro æstimato [d] proponitur, quàm quæ competit ex permutatione (de quibus paulò infra) [e].

a V. *Eckolt. ad tit. ff. de oblig. & act. ex §. 45. Sutholt. dissert. 18. ex n. 55. Manz. Harpp. & Vinn. ad §. actionum autem. 28. Inst. de act.*

b *Manz. loc. cit. n. 8. & 9.* confert *Harpp. loc. cit. n. 73. & 74.*

c Actio Funeraria, de qua *in l. 14. §. hac actio. ff. de religios. etc.* est & ipsa Bonæ fidei, & comprehenditur sub Actione Negotiorum gestorum *Vinn. ad d. §. omnium autem. Inst. de act. n. 5. Manz. ibid. n. 13.*

d De Actione, quæ pro æstimato proponitur V. *Eckolt. ad tit. ff. de æstimatoria actione. a §. 3.*

e V. *Vinn. ad d. §. actionum autem. 28. Inst. de act. n. 5. Harpp. ibid. ex num. 68.* vbi, an, & quæ aliæ Actiones bonæ fidei. *Manz.* plenius *eodem loco.*

IV. His

Digitized by Google

IV. His addita est Petitio hæreditatis *d. §. omnium autem. Inst. de act. l. fin. §. 3. & vlt. C. de petit. hæred.*; quia licèt sit Actio realis, continet tamen Præstationes Personales, & præsupponit Quasi contractum ex aditione: & cum sit Actio vniuersalis, in ea præstanda sunt quæcumque veniunt ex bono, & æquo *l. sed et si lege. 25. §. petitio. 18. ff. de petit. hæred. l. 1. ff. de rei vend* Est enim Actio, quæ datur vero Hæredi post aditionem, contra Possidentem pro Hærede, vel pro Possessore, ad hoc vt Actor declaretur Hæres, & ipsi Hæreditas restituatur vnà cum quibuscumque Accessionibus *l. 1. cum aliquot seqq. l. 19. & passim. ff. de petit. hæred. tit. C. eod.* [f].

V. Addita est etiam Actio ex stipulatu pro Dote *§. fuerat antea. Inst. de act. l. vn. §. 2. C. de rei vxor. act.* [g]; quæ alia est de Dote petenda; & datur Marito constante Matrimonio contra Promissorem, ad consequendam Dotem vnà cum Fructibus, & Vsuris *d. l. vn. in pr. C. de rei vxor. act. c. salubriter. de vsur.* [h]. Alia est de Dote repetenda; & competit Vxori, ex iuxta causa separatæ a Marito *l. cum quærebatur. 240. ff. de verb. signif.*; vel, ea mortua, alijs [i], aduersus Maritum, aut eius Heredem, vel etiam Patrem Mariti *l. 22. §. 12. l. 46. l. 44. §. 1. ff. sol. matr. l. 9. C. eod.* (si tamen Dotem accepit) ad repetendam Dotem (verè tamen numeratam, & solutam *l. 1. C. de dot. caut.*) vnà cum Vsuris, Fructibus, & Damnis *l. 7. pr. & §. 1. l. 11. l. 13. §. fin. l. penult. pr. & l. vlt. ff. sol. matr. dos quem. pet.*

VI. In vtraque hac Actione duo sunt Priuilegia, communia viro, & vxori. Primum est, quod detur Actio ex stipulatu, quanuis Stipulatio non expressè, aut inutiliter fuerit adiecta; idque fauore Dotis, cum Stipulati Actio sit plenior, quàm Condictio certi *d. §. fuerat antea. Inst. de act. d. l. vn. in pr. C. de rei vxor. act.* [k].

VII. Secundum est, quòd quanuis Stipulationes sint stricti Iuris, Actio ex stipulatu pro dote sit Bonæ fidei *eod. §. fuerat antea. Inst. de act. d. l. vn. in pr. & §. 2. C. de rei vxor. act.* Prædictis addita sunt alia duo Priuilegia in *d. §. fuerat. vers. sed et tacitum. & in d. l. vn. §. 1. l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. hab.* Primum est, Tacita Hypotheca,

f V. *Manz. ad d. §. omnium autem. Inst. de act.*, vbi de hac Actione *Eckolt. ad tit. ff. de petit. hæred. ex §. 2.*

g Non tamen si stipulata sit ab extraneo *Caim. ad l. 1. ff. solut. matrim. par. 3. ex n. 84. Harpp. ad §. fuerat antea. 29. Inst. de act. ex n. 4.*

h V. *Manz. ad d. §. fuerat antea. Inst. de act. vbi de hac Actione* V. tamen *Eckolt. ad tit. ff de iur. dot. sub §. 7. Bachou. ad d. §. fuerat. Inst. de act. sub n. 3.*

i Hos enumerant *Vinn. & Manz. vbi de hac actione. ad d. §. fuerat. Eckolt. ad tit. ff. sol. matr. dos quem. pet.*, apud quos plenè de materia huiusce Actionis.

k V. *Caim. lucubr. var. ad l. 1. ff. sol. matrim. d. par. 3. ex n. 78.*

competens

competens Viro in bonis Promissoris pro petendâ Dote; & Vxori in bonis Mariti pro repetenda. Et hoc priuilegium transit etiam ad Hęredes; ac datur Mulieri etiam contra Minorem; quia hanc tacitam Hypothecam operatur Lex, non Minor [l].

VIII. Alterum Priuilegium dicitur Prælationis; concessum soli Mulieri, non verò Marito, imò nec Mulieris Hærodibus; sed ex speciali indulgentia solis Filijs (ciusdem tamen Matrimonij) *d. §. fuerat autem. 29. vers. cum ipsa. Inst. de act. l. vlt. C. de priuil. dot. l. 18. ff. sol. matrim. Nouell. 61. §. pen.* [m] Prælatio consistit in eo, vt Vxor, licèt posterior tempore, præferatur in Dote verè numerata, Hypothecarijs anterioribus, ex eo, quòd pręter Hypothecam habeat etiam Priuilegium, & sic Ius maius *l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor. hab. l. in rebus. 4. C. de iur. dot. d. §. fuerat. 29. Inst. de act.* An autem hæc Prælatio extendatur contra habentes anteriorem Hypothecam, controuersi Iuris est. Affirmatiua censetur Iuri conformior, sed negatiua Æquitati; quia non æquè facile per Legem tollitur inductum & a Lege, & ab Homine, vt tollitur inductum a sola Lege [n].

IX. Olim in Actionibus Bonę fidei admittebatur Compensatio ipso Iure; at in Actionibus stricti Iuris tantùm ope exceptionis, nempe Doli: hodie in vtrisque ipso Iure, vt faciliùs expediantur Lites §. *in bonæ fidei. 30. Inst. de act. l. fin. in pr. C. de compens.* Necesse est tamen, vt Debitum sit liquidum, iustum, ac sufficienter probatum *d. l. fin. §. 1. C. de compensat.* Neque in omnibus Debitis liquidis admittitur compensatio, sed tantùm in rebus fungibilibus *l. si constat. 4. C. de compens.*: & sic non compensatur Species cum Specie, nec Quantitas cum Specie; quia contra regulam vnum pro alio inuito Creditori solueretur [o].

X. Speciale est, quòd Depositum non admittat Compensationem; idque propter exuberantiam bonę fidei, cui prorsus innititur hic Contractus *d. §. in bonæ fidei. Inst. de act. d. l. fin. §. 1. in fin. C. de compens.* Speciale est etiam, quòd Compensatio non possit opponi a violento Occupatore; quia Spoliatus ante omnia restituendus est *d. l. fin. §. 3. & vlt. C. de compensat.*; vt neque potest opponi in Tributorum, seu Collectarum exactione; idque fauore Reipublicę *l. in ea. 3. C. de compens.* [p].

l *Merlin. de Pignorib. lib. 3. tit. 2. quæst. 83.*

m V. *Manz. ad §. fuerat. vers. cũ ipsa. de act. n. 16. Harpp. n. 7. & seqq. Vinn. ibid. n. 4.*

n V. *Manz. ad d. §. fuerat. vers. cum ipsa. Inst. de act. ex n. 16. Harpp. ibid. n. 8. & seqq. Vinn. ibid. n. 4. Caim. ad l. 1. ff. sol. matr. par. 3. a n. 133.* vbi n. 139. an hæc Prælatio competat contra habentes anteriorem expressam, Mulieri habenti posteriorem pariter expressam.

o *Manz. ad d. §. in bonæ fidei. 30. Inst. de act. ex n. 8. Harpp. ibid. n. 7. & seqq. Vinn. ibid. n. 2. Eckolt. plenè ad tit. ff. de compensat.*

p V. *Eckolt. loc. cit. §. 4. Vinn. loc. cit. n. 2. in fin. Manz. ibid. ex n. 47.* penes quos alij casus, vbi non admittitur Compensatio, §. X.

Digitized by Google

§. X.

Actiones Arbitrariæ.

EX prædictis Actionibus aliquæ remanent in pari suis terminis; ita vt Iudici non sit liberum, ante Definitiuam quidquam clementius arbitrari: aliquæ e contra dicuntur Arbitrariæ; quia Iudex propter iustas rationes suspendit Definitiuam; & tanquam Intercessor, & Conciliator, priùs per Interlocutoriam arbitratur, quomodo ex bono, & æquo satisfieri oporteat; &, vbi id obtinere nequit, definitiuè pronuntiat. §. *præterea*. 31. *Inst. de act.* [a].

II. Octo Actiones Arbitrariæ (exempli tamen gratia [b]) enumerantur in §. *præterea*. *vers. sed istæ*. *Inst. de act.* Ex Realibus Publiciana, Seruiana, Quasi Seruiana: ex Personalibus, Actio quod metus causa; Actio de dolo; Actio de eo, quod certo loco; Actio ad exhibendum; Actio noxalis ex delicto serui.

III. Actio de dolo (idem dic, Quod metus causa) est Arbitraria; quia antequàm Reus conuictus damnetur, interponitur Arbitrium de restituenda re; cui si Reus obtemperauerit, absoluitur; sin minùs, condemnatur ad quanti res est, & Actoris interest, & notatur Infamia *l. arbitrio*. 18. *ff. de dol. mal. l. item si*. 14. §. *hæc autem*. 4. *ff. quod met. caus. l.* 1. §. 4. *de dol. mal. l.* 1. *ff. de bis, qui not. infam.* [c].

IV. Actio de eo quod certo loco est Arbitraria; quia si Reus per Arbitrium monitus vt satisfaciat de soluenda pecunia vbi promissa est, paruerit, absoluitur; sin minùs, per definitiuam condemnatur *l. quod si Ephesi*. 4 *cum seqq. ff. de eo quod cert. loc.* [d].

V. Actio ad exhibendum est Arbitraria; quia si Reus conuentus, iussu, & Arbitrio Iudicis rem exhibuerit, absoluitur; sin minus, definitiua damnatur in quanti Actoris interest *l. in hac actione*. 4. §. 2. *ff. ad exhib. l.* 2. §. 1. *l.* 5. *in pr. ff. de in lit. iur.* [e].

VI.

[a] V. *Vinn. ad d. §. præterea*. *Inst. de act. n.* 2. & *seqq. Manz. ibid. ex num.* 2. *Harpp. ibid. ex n.* 4.

[b] Alias Actiones arbitrarias enumerant *Harpp. loc. cit. ex n.* 9. *Manz. eod. loc. ex n.* 29. *Vinn. ibid. n.* 8.

[c] V. *Vinn. ad d. §. præterea*. & *Echolt. ad dd. tit. ff. de dol. & quod met. caus.*

[d] V. *Echolt. ad tit. ff. de eo quod certo loco. Vinn. ad d. §. præterea*. *Inst. de act. n.* 2.

[e] V. *Echolt. ad d. tit. ff. ad exhib. Manz. ad d. §. præterea*. 31. *Inst. de act.* ad hanc Actionem.

VI. Actio noxalis ex delicto Serui est Arbitraria; quia si Dominus iussus Arbitrio Iudicis vel Seruum dedere, vel æstimationem damni soluere, patuerit, absoluitur; sin minùs, condemnatur in quantum Iudex æstimauerit *l. miles. 6. §. 1. ff. de re iud. l. fin. ff. de noxal.* [f].

f *Harpp. ad d. §. preterea. Inst. de act. ex n.*
Quomodo autem Actiones Arbitrariæ differant ab Actionibus bonæ fidei, & Stricti Iuris V. *apud Vinn. ad d. §. preterea. n. 1.*

§. XI.

Actiones in solidum, & imminutæ

Ex Beneficio Competentiæ.

I. OMnes Actiones petunt solidum; sed aliquæ ita petunt, vt tamen Condemnatio non sequatur nisi in quantum Reus potest facere, deducto ne egeat *l. inter. 19. ff. de re iud. l. in condemnatione. 173. ff. de reg. iur. §. item si. 37. & seq. Inst. de act.* Hoc dicitur Beneficium Competentiæ [a].

II. Primò id competit Marito; eiusque Patri; a quibus Dos repeti nequit soluto matrimonio, nisi quantum eorum Facultates patiuntur *l. patronus. 17. l. non tantùm. 20. cum seq. ff. de re iud. d. §. item si. 37. Inst. de act.*: prout Vxoris, & eius item Patri; a quibus constante matrimonio, peti non potest Dos, nisi pariter in quantum facere possunt *d. l. non tantùm. de re iud. l. rei iudicatæ. 7. in fin. cum l. seq. l. ex diuerso. 17. §. 1. ff. sol: matrim.* [b].

III. Secundò & Parentibus, & Liberis, & Patrono; quorum primi a Liberis, secundi a Parentibus, postremi a Libertis; vt & Libertus a Patrono conueniri nequeunt, nisi in id, quod facere possunt *§. sed etsi quis. 38. Inst. de act. l. sunt quidam. 16. l. patronus. 17. ff. de re iud. l. licèt. 7. & l. 9. ff. de obseq. parent. & patr. præstand.* [c].

IV. Tertiò Socio, qui in Iudicio societatis tantùm damnatur in id, quod facere potest; quia Societas habet quoddam vinculum Fraternitatis *d. §. 38. vers. item si socius. Inst. de act. d. l. sunt quidam. ff.*

a V. *Vinn. ad §. fin. Inst. de act. n. 1. & seq.*

b *Rebolt. ad tit. ff. sol. matrim. §. 5. Vinn. & Harpp. & Mant. ad d. §. item si. 37. Inst. de act.*

c *DD. cit. ad d. §. sed et si quis. Inst. de act.*

de re

de re iud. l. verum. 63. in pr. ff. pro soc. [d]: ex quo, hoc Beneficium extenditur etiam ad Fratrem conuentum a Fratre, ne vera Fraternitas minùs recipiat, quàm ficta [e].

V. Quartò competit Donatori, qui ex causa Donationis (non tamen ob aliam causam) nequit condemnari vltra quàm facere possit *l. Diuus. 28. ff. de reg. iur. d. §. 38. vers. idem est. Inst. de act.* Imò & illi pingeriùs succurritur; quia potest deducere ne egeat, deducto priùs ere alieno; quod alijs non licet *l. et exheredatum. 49. & l. seq. ff. de re iud.* [f].

VI. Demum competit Debitori, qui cessit Bonis *§. fin. Inst. eod.*: nam si post cessionem Bonorum aliquid acquisierit, non potest denuo conueniri, nisi in quantum facere potest *l. 3. l. 4. l. 6. & 7. ff. de cess. bon.* [g].

VII. Id Beneficium extenditur a plerisque & ad eos, qui Bonis suis exuti sunt Bello, Incendio, Naufragio, vel alia eiusmodi calamitate [h].

VIII. Competit etiam hoc Beneficium Filijsfamilias, in nihilo, vel minima parte hæredibus patris, pro gestis in potestate *l. 2. ff. l. 2. & 9. C. quod cum eo.*; Militibus *l. 6. & l. 18. de re iud.*; Professoribus bonarum Artium *l. aduocatus. 14. C. de aduoc. diuers. iud. l. medico. 6. & seq. C. de profess. lib. 10.*; & Clericis *c. Odoardus de solutionib.* [i].

d *Eckolt. ad tit. ff. pro soc. §. 6.*
e *Harpp. ad d. §. 38. Inst. de act. n. 4. & seqq. Vinn. ibid. Manz. ibid. n. 6. & 7.*
f *Mynsinger. §. sed et si quis. Inst. de act. n. 7. Harpp. Vinn. & Manz. eod. loc.*
g *DD. prædicti ad d. §. fin. Inst. de act.*
h *Manz. ad d. §. fin. Inst. de act. n. 11.*
i De quibus *Harpp. ad d. §. fin. Inst. de act. n. 11. Gonzal. Tellez. & Fagnan. ad d. c. Odoardus. de solut.*, apud quos plenissimè de hoc Beneficio.

§. XII.

Actiones Directæ, Obliquæ, Contrariæ, Vtiles.

I. ACtiones dicuntur Directæ triplici respectu. Primò quatenus dantur in eum, qui ipse contraxit, vel deliquit; & tunc dicitur Actio Principalis, vel Directa: si verò quis conueniatur ex contractu, vel maleficio alieno, tunc dicitur Actio Accessoria, & Obliqua *§. omnis. 5. Inst. de noxal. act. §. illud. fin. Inst. quod cum eo, qui in alien. etc.* [a].

a *Manz. ad rubr. Instit. quod cum eo, qui in alien. pot. neg. gest. esse dic. Add. ad Eckolt. ad tit. ff. de oblig. & act. §. 52. Bachm. ad §. fin. Inst. de l. Aquil.*

 II. Secundò

II. Secundò Actio dicitur Directa, quatenus opponitur Contrariæ. Nam Actio, quæ datur ei, cuius gratia principaliter instituitur Contractus, est Directa: & dicitur Actio Contraria, quæ datur ex eodem Contractu ei, ad quem minùs principaliter Contractus pertinet; sed tantùm ex aliquo emergente post Contractum initum illi consulitur *l. sin autem. 20. ff. de neg. gest.* Quòd si ad vtrunque ex Contrahentibus æquè principaliter pertinet negotium, vtrique datur hinc inde Actio Directa; vt in Venditione, Emptione, Locatione, & Conductione [b].

III. Tertiò Actio dicitur Directa, prout opponitur Vtili: est Directa, quatenus descendit ex verbis expressis Legis: dicitur Vtilis, quatenus descendit non ex verbis, sed ex Legis mente, interpretatione, & æquitate, propter similitudinem rationis [c].

b *Bachou. ad cit. §. fin. Inst. de l. Aquil. Eckolt. ad tit. ff. de oblig. & act. Vinn. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & ad §. 1. Inst. de oblig. quæ quas. ex contr.*

c *Bachou. & Eckolt. loc. cit. Vinn. ad §. cæterum. fin. Inst. de l. Aquil.*

§. XIII.

Actiones Perpetuæ, & Temporales.

I. FVerunt olim Actiones ciuiles Perpetuæ, sicut erat Perpetuum Ius ciuile, a quo descendunt: postea earum duratio arctata est ad triginta annos *pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. sicut. 3. C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. l. 1. §. 1. C. de annal. except.* [a]: quo non obstante, adhuc retinent antiquum Perpetuarum nomen [b]. Sunt aliquæ Actiones ciuiles, quæ durant minore spatio, quàm triginta annorum; vt Actiones Personales competentes pro vsufructu constituendo; quæ præscribuntur decennio, aut vicennio, sicut ipse Vsusfructus *l. penult. C. de vsufruct.*; & meritò, ne plus sit in Vsufructu constituendo, quàm in constituto [c].

a Actiones, quæ non præscribuntur annis triginta, remanent præscriptæ per annos quadraginta *Rot. Rom. 19. decis. 92. n. 4.*

b *Bachou. pr. Inst. de perpet. & temp. act. n. 2. Manz. ibid. Sutholt. dissert. 29. n. 10. & seqq.* vbi, quòd hoc tempore lapso, nec remanet quidem Naturalis obligatio.

c *Manz. ad d. pr. vers. donec. Inst. de perpet. & temp. act. n. 19. vbi Add.*

II. Actiones

II. Actiones Prætoriæ purè tales, vno tantùm anno durabant (vtili tamen [d]); quia Magistratus Prætorius, ex quo introductæ fuêre, erat tantùm annuus *d. pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. non solus. 22. §. fin. de liberal. causa l. Viriam. 5. in fin. C. de hæred.* Actiones tamen Prætoriæ rei persecutoriæ, quæ Iuris ciuilis rigorem non emendant, sed potiùs supplent, sunt Perpetuæ, seu Tricennales *l. in honorarijs. 352. ff. de obl. & act. l. 20 §. 6. ff. de oper. nou. nunc.* [e].

III. Tales sunt, Possessoria hæreditatis petitio *cit. pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 2. ff. de possess. hæred. petit.*, vt & Fideicommissaria petitio hæreditatis *cit. pr. & l. 1. & l. fin. ff. de fideic. hæred. petit.* In prima enim post Agnitionem, & in secunda post Restitutionem, Bonorum Possessor & Fideicommissarius æquiparantur vero Hæredi: quare æquiparantur etiam Duratione Actiones singulis competentes [f].

IV. Talis est etiam Actio furti manifesti; quæ licèt sit Prætoria, perpetuatur tamen in odium Furum *d. pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 1. §. 1. C. de annal. except.* Hinc & perpetuantur Actiones similes Actioni furti, quamuis Pœnales, & Prætoriæ; vt Actio bonorum furtim cæsarum *l. furtum. 7. §. hæc actio. 6. ff. action. furt. cæsor.*; Actio rerum amotarum *l. si mulier. 21. §. hæc actio. 5. ff. de act. rer. amot.*; Actio recepti contra Nautas *l. sic. §. fin. ff. nauic. caup. & stabul.*; Actio Serui corruptí *l. hæc actio. 13. in fin. ff. de seruo corrupto*; Actio aduersus Publicanos *l. sed est hi. 13. ff. de publican. & vectig.*

V. Præterea Actiones ex se Temporales, perpetuantur postquam fuerunt in Iudicio propositæ, & perductæ ad litis Contestationem; quia hæc perpetuat Actionem *l. vlt. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. omnes. 139. in pr. de reg. iur. l. nam postea quam. 9. §. si is qui 3. de iure iur. l. alt. in fin. ff. de fideiuss. & mand.*

VI. Perpetuitas in Exceptionibus ad nullum tempus restringitur *l. quæ 6. §. fin. ff. de dol. mal. & metus except.*, sed durat ad infinitum [g].

[d] An Annus Prætorius sit vtilis, an continuus, V. *Ant. Matth. de Crim. lib. de Iniur. c. 1. n. 17. Manz. loc. cit. vers. eas vero. n. 23.*

[e] *Sutholz. d. dissert. 19. n. 17. Manz. d. pr. Inst. de perpet. & temp. act. vers. aliquando. n. 31.*

[f] *Manz. loc. mox cit. ex n. 30. ad 36.*

[g] *Manz. ibid. ex n. 38. Harpp. eod. tit. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

[h] *Manz. loc. laud. n. 50. 51. & 52.*

De duratione singularium Actionum Ciuilium & Prætoriarum, V. per singulas discurrentes *Eckols.* plenè *ad tit. ff. de vsucap. & vsurp. ex §. 22. ad 36.* & semissiuè *Manz. ad d. pr. Inst. de perpet. & temp. act. vers. donec. n. 18.*

§. XIV.

§. XIV.

Actiones Transmissibiles, Et Intransmissibiles.

I. DAntur quatuor regulæ. Prima: Actiones descendentes ex Contractibus, & Quasi, actiuè, & passiuè transeunt in Hæredes arg. l. ex contractibus. 49. ff. de oblig. & act. l. hoc iure. 158. ff. eod. ff. de reg. iur.; nisi tamen Testator dolosè versatus sit, & nihil ad hæredem ex eo dolo peruenerit §. 1. Inst. de perpet. & temp. act.

II. Secunda: Actiones pœnales ex delictis non competunt aduersùs Delinquentis Hæredem l. ficti. 38. Impubillum. 111. ff. de reg. iur. Excipe, nisi sint rei Persecutoriæ; vt Condictio furtiua l. si pro fure. §. vlt. de condict. furtiu., Actio rerum amotarum l. si mulier. 21. §. huic actio. 3. ff. rer. amot.; vel nisi ex delicto Defuncti aliquid ad Hæredem peruenit l. vn. C. ex del. defunct. l. 7. §. fin. de tribut. act. l. fin. C. rer. amot.; vel nisi lis fuerit contestata cum Defuncto §. 1. in fin. Inst. de perpet. & temp. act.

III. Tertia: Antedictæ Actiones competunt Hæredibus Actoris, in cuius Ius vniuersum Hæres succedit l. hæres. 37. ff. de acquir. vel amitt. hæred. cit. §. 12. Inst. de perpet. & temp. act. Excipe Actionem iniuriarum, quia Iniuria non damnificat fortunas cit. §. 1. l. 13. ff. de iniur. Hæc actio tamen competit Hæredi, si lis fuerit cum Defuncto contestata b; si Iniuria illata sit Testatori defuncto l. 1. §. ex si. 4. & §. quoties. 6. ff. de iniur.; si Hæres velit agere suo, & non nomine Defuncti c.

IV. Quarta: Si quis delicto egerit Criminaliter, mortuo reo ante condemnationem, nihil eranſit ad Hæredes, quanuis Accusatio fuerit contestata; quia Crimen morte Rei extinguitur l. fil. C. si reus, vel accus. mort. fuer. Excipe tamen crimen Læsæ Maiestatis l. is qui. fin. ff. ad l. Iul. maiest.; Repetundarum l. ex iudiciorum. 20. ff. de accusat.

a Ad huius dicti intelligentiam V. Mant. ad l. §. 1. Inst. de perpet. & temp. act. ex n. 6.

b Mant. loco infra cit. n. 28.

c Mant. loc. infra cit. n. 29.

Quod de Actione iniuriarum dicitur, idem procedit de illi similibus: & quæ ex hac Harpp. infra cit. ex n. 14.

l. 2.

l. 2. de leg. Iul. repet. l. 2. C. eod.: Peculatus: De residuis *l. fin. ff. ad l. Iul. peculat.*: Mariti ab Vxore veneno interfecti *l. 9. in fin. ff. de iur. fisc.*: Hæresis *l. 4. §. 4. C. de haeret.*: Suicidij [d].

d V. *Gothofred. in not. ad rubr. C. si reus vel accus. mort. fuer. Manz. Harpp. & Vinn. ad §. 1. Inst. de perpet. & temp. act.*, latè agentes de materia Transmissionis Actionum ad hæredes.

§. XV.

Actiones minùs propriæ, seu Interdicta.

I. INterdictorum vsus potissimùm fuit inductus in Causis Possessionum, in quibus Prætor interponebat Mandatum, vt vel relaxaretur Possessio, vel vt non turbaretur Possessor *pr. Inst. de interd.*; quamuis enim Iudicia non incipiant ab executione; in ijs tamen, quæ celerem prouisionem exigunt, Iudex exorditur a Præcepto [a].

II. Interdicta alia fuere Prohibitoria, alia Restitutoria, alia Exhibitoria §. 1. *Inst. de interd. l. videamus. 1. §. 1. ff. eod.* Prohibitoria vetabant aliquid fieri *d. §. 1. Inst. eod.* Horum primum prohibuit, vim fieri sine vitio Possidenti §. *summa autem. 1. Inst. de interd.* [b]. Secundum erat De mortuo inferendo; quod interdicebat, ne vis fieret mortuum inferenti ad eum sepeliendum, donec de Iure sepulturæ exactiùs coghosceretur *d. §. 1. Inst. de interd. l. 1. & tot. tit. ff. de mort. infer. etc.* [c]. Tertium, Ne quid in loco sacro fiat, quod ad deformitatem, damnum, & incommodum cederet *d. §. 1. Inst. de interd. l. 1. & tot. tit. ff. ne quid in loc. sacr.* [d]. Quartum, Ne quid in flumine, vel eius ripa (intellige de Flumine publico, vt & de Ma-

a V. *Manz. latè ad pr. Inst. de interd.*

Interdicta, qualiter differant ab Edicto, & Actionibus propriè dictis V. apud *Manz. & Harpp. d. pr. Inst. de interd.* & de eorum natura V. etiam *Eckolt. ad tit. ff. de interd. §. 1. & aliquot seq.*

b An hic sermonem habeat Iustinianus de Interdicto Vnde vi; de quo paulò post; an de Interdicto Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit; de quo in *tit. ff. ne vis fiat etc.* V. *Manz. Harpp. Mynsing. & Vinn. ad d. §. 1. Inst. de interd.*; & ad huius postremi declarationem *Manz. & Harpp. ibid. & Eckolt. ad tit. ff. ne vis fiat etc. per tot.*

c V. *Harpp. ibid. ex n. 8. Manz. ex n. 19. Eckolt. ad tit. ff. de mort. infer.*

d V. *Harpp. eod. ex n. 13. Manz. ex n. 28. Eckolt. ad tit. ff. ne quid in loc. sacr.*

ri, &

ri, & eius Littoribus aliquid fieret, per quod peius nauigaretur *d. §. 1. Inst. de interd. l. 1. & tot. tit. ff. de flumin. ne quid in flum. publ. etc.* e.

III. Restitutoria iubebant aliquid restitui *d. §. 1.* Horum primum est Interdictum Quorum bonorum; per quod qui vsurpauerat aliquid ex Bonis Hereditatis tanquam Hæres, vel Bonorum possessor, aut iam possessa dolo desierat possidere, iubebatur vero Hæredi restituere *d. §. 1. Inst. de interd. l. 1. ff. quorum bon.* f.

IV. Alterum est Interdictum Vndeui; per quod qui fuit in possessione vel per se, vel per alium, vi armata deiectus, iubebatur restitui in possessionem non solum Fundi, sed etiam Mobilium; quæ in eo fuerunt tempore deiectionis, & fructuum, quos fortè deiector percepisset *d. §. 1. Inst. de interd. l. 1. & passim. ff. de vi, & vi arm. l. 4. C. vnde vi.* Exercebatur hoc Interdictum & contra Deiectorem violentum, & contra Mandantem, vel ratum habentem *cit. l. 1. §. 12. ff. de vi, & vi arm.* Hodie non est annale, sed perpetuum g.

V. Exhibitoria iubebant, aliquid in medium proferri *cit. §. 1. Inst. de interdict.* Primum est, De libero Homine exhibendo; quo qui Hominem notariè Liberum, inuitum dolo malo detinebat, iubebatur exhibere, non solum instantibus Parentibus, & Cognatis, sed quolibet de Populo *d. §. 1. & l. 1. & tot. tit. ff. de liber. hom. exhib.* h.

e *Harpp. eod. ex n. 17. Manz. ex n. 38. Eckolt. ad tit. ff. de flum. ne quid in flum. publ. etc.*

Prohibitoria etiam sunt Interdicta, Ne quid in via, itinere, alioue publico loco fiat, quod nocere possit *l. 1. ff. ne quid in loc. publ.* De loco publico fruendo *l. 1. de loc. publ. fru.* De superficibus *l. 1. ff. de superf.* De itinere, actuque priuato *l. 1. ff. de itin. actuq. priu.* De Aqua quotidiana, & æstiua *l. 1. ff. de acqu. quotid. etc.* De riuis *l. 1. de riu.* De fonte *l. 1. de font.* De cloacis *l. 1. de cloac.* De arboribus cædendis *l. 1. §. 7. de arb. cæd.* De Migrando *l. 1. de migr.* De operis noui nunciatione *l. 20. §. 9. ff. de oper. nou. nunc.* de quibus late *Harpp. loc. cit. n. 21. & Eckolt. ad singulos tit. ff.* sub quibus vea enunciaquimus.

f *Harpp. ibid. n. 22. Manz. ex n. 48. Eckolt. ad tit. ff. quor. bon.*

g *Manz. loc. cit. n. 84. V. Harpp. eod. n. 25. Eckolt. plenè ad tit. ff. de vi, et vi arm.* Precarium recensetur inter Interdicta restituroria *l. ait Prætor. pr. & §. 1. ff. de precar.* Item Interdictum quod legatorum *l. 1. ff. quod legat.* Quod loco, itinereue publico factum fuit, id restituatur *l. 2. §. 35. ne quid in loc. publ.* Quod in flumine publico factum est, quo aliter aqua fluat atque priori æstate, restituatur *l. 1. §. 11. ne quid in flum. publ.* Si quid in cloaca factum erit, quo deterior vsus eius fiat *l. 1. §. pen. de cloac.* De Operis noui nunciatione *l. Prætor cit. 20. pr. de oper. nou. nunc.* Quod vi, aut clam *l. 1. & tot. tit. quod vi etc.* Fraudatorium *l. 20. ff. quæ in fraud. cred.*; de quibus *Harpp. loc. ind. n. 26. & Eckolt. ad tit. ff. indicatos.*

h *Manz. loc. cit. n. 90. & seqq. Harpp. eod. ex n. 27. Eckolt. ad tit. ff. de liber. hom. exhib.*

Secun-

Secundum, De Liberto exhibendo; per quod, instante Patrono, detinens Libertum cogebatur exhibere *eod.* §. 1. *Instit. de interd.* i. Tertium est, De Liberis exhibendis; per quod qui Liberos inuitos (nam si volentes sint, cessat interdictum *l. fin. ff. de liber. exhibend.*) detinebat, & cogebatur exhibere, instante Patre, Iure Patriæ potestatis *d.* §. 1. *Inst. de act. l.* 3. *& tot. tit. de liber. exhib.* k.

VI. Interdicta præcipua, quæ appellantur Possessoria, alia sunt Adipiscendæ Possessionis; alia Retinendæ; alia Recuperandæ §. *sequens.* 2. *Inst. de interd. l.* 2. §. 3. *ff. eod.*

Interdicta Adipiscendæ.

VII. DVo sunt. Primum est, Quorum Bonorum l; de quo supra in Interdictis restitutorijs: nam licèt sit Restitutorium respectu coacti restituere, est Adipiscendæ respectu Actoris petentis Possessionem m. Datur tantùm contra Possidentem, vel qui desijt dolo possidere, titulo Hæredis, vel Possessoris *l.* 1. *in pr. ff. & l.* 2. *C. quor. bon.* §. *adipiscendæ*: 3. *Inst. de Interd. l. qui dolo.* 131. *Paprem.* 150. *ff. de reg. iur.*: non autem titulo singulari; quia hic habet vel æquale, vel fortius Ius cum Actore n.

VIII. Alterum est, Saluianum Interdictum *d.* §. *adipiscendæ. vers. interdictum. Inst. de interd.*, sic dictum a Salvio Iuliano, qui iussu Adriani Edictum Perpetuum composuit; alijsque Interdictis Retinendæ etiam hoc addidit, ad occurrendum malitijs Conductorum; qui, ad eludendam Pensionum solutionem, solent res illatas asportare, vel alienare o.

IX. Datur, ad Possessionem adipiscendam rerum, quæ in fundum locatum inuectæ inerunt, pro pensione §. *interdictum quoque. Inst. de Interdict. l.* 1. *& tot. ff. de salu. interd. tit. C. de pret. & salu. interd.*

i *Manz. ibid. ex n.* 105. *Harpp. n.* 34.

k *Manz. ibid. ex n.* 107. *Harpp. n.* 35. *& seqq.*
Pertinet ad Interdicta Exhibitoria & illud De Tabulis exhibendis; de quo *in tit. ff. de tab. exhib.* & *Harpp. eod. n.* 39. *& seqq. Eckolt. ad tit. ff. de tab. exhib.*

l Actio pro implemento non comprehenditur in petitione immissionis *Rot. par.* 19. *Decis.* 142. *n.* 20.

m *Manz. ad* §. *adipiscendæ.* 3. *Inst. de Interd. n.* 4. *Add. ad Eckolt. ad tit. ff. quor. bon.* §. 6.

n *Manz. loc. cit. n.* 6. *Vinn. eod. n.* 2. *Harpp. latius eod. n.* 30. *& seqq. Eckolt. ad tit. ff. quorum bon.* §. 4.

o *Manz. loc. cit. n.* 12. *& 13. Harpp. ibid. n.* 52. *Gothofred. in not. ad rubr. ff. de salu. interd. & rubr. C. de precar. & salu. interd.*

Digitized by Google

X. Aliud est Directum, quod ex verbis expressis Edicti datur tantùm contra Conductorem Prædij rustici *l. 1. in pr. ff. de salu. interd.*: aliud Vtile, quod ex identitate rationis extensum est ad Inquilinum, seu Conductorem Prædij vrbani *ex l. habitatoris. 2. C. de precar. & salu. interd.*; vt & contra quemcumque Debitorem obligatum cum Hypotheca, tam tacita, quàm expressa; ad hoc vt Actor acquirens Possessionem rei hypothecatæ, hanc retineat, quousque sibi de Credito satisfiat *l. 1. C. eod.* p.

XI. Differt a Seruiana primò, quia hoc est Actio in rem *l. pignoris. 17. ff. de pignor. l. pignoris. 18. C. eod.*: at Saluianum in Personam, sicut sunt omnia Interdicta, quamuis in rem scripta, quia originaliter descendunt ex Contractu, vel Quasi *l. 1. §. penult. ff. de salu. interd.* q.

XII. Secundò Seruiana est Iudicium Petitorium, quo Creditor persequitur rem Iure pignoris *§. item seruiana. 8. Inst. de act. l. pignoris. ff. de pignor.*: vnde probare debet, eam fuisse in Bonis Colani, & Conductoris de tempore, quo fuit illata *l. & quæ nandum. 15. §. 1. ff. de pignor.*; & hoc non probato, inutilis est Actio, quia res alienæ oppignorari nequit, neque tacitè, neque expressè *l. 20. ff. de pignor. act.* At Saluianum est Iudicium Possessorium; vnde sufficit, quòd probet Possessionem Debitoris de tempore contractæ Hypothecæ, vel post, & Possessionem præsentem tertij, contra quem agit *l. 1. in pr. ff. de salu. interd.* r.

XIII. Hinc cum ex Saluiano acquiratur simplex Possessio, non autem aliquod Ius in re, Immisso vigore illius in Possessionem, datur solùm Retentio, vt sibi satisfiat de fructibus, tanquàm ex Pignore prætorio; remoto postea restituat priori Possessori *l. fin. Cod. pignor. act. l. si reddita. C. de euict. pignor.* s.

XIV. Tandem Seruiana, tanquam Iudicium Petitorium, admittit Appellationem, & exceptionem Excussionis *Nouell. 4. cap. 1. auth. hoc si debitor. C. de pignor.* In Saluiano non est locus Appellationi su-

p *Vinn. & Harpp. ad d. §. adipiscenda. Eckolt. ad tit. ff. de salu. interd. §. 3. & 4.* Et datur etiam contra Tertios possessores *Vinn. ibid. n. 9. Eckolt. eod. loc. §. 7. Paul. Statil. de salu. par. 3. Insp. 1. n. 35. & seqq.*

q *Gothofred. ad l. 1. in pr. ff. de salu. Interd. Harpp. ad pr. Inst. de Interd. n. 5. & n. 29. Statil. de salu. Interd. Insp. 2. cap. 1. n. 17. & seqq.*

r *Statil. de Salu. Interd. Insp. 2. cap. 1. ex n. 1. ad 44. & Insp. 1. cap. 6. & cap. 5. ex n. 17.*

s *Rot. post Statil. de salu. decis. 3. n. 2. Statil. dict. tract. Insp. 1. cap. 1. n. 24. & passim.*

spensiuæ

spensiuæ de Iure ciuili; illudque, vt & cœtera Remedia executiua, non admittit exceptiones altioris indaginis [t].

Interdicta Retinendæ.

XV. INterponuntur inter eos, quorum vterque contendit, se possidere: neut antequàm deueniatur ad Iudicium Petitorium, præmittitur Possessorium; in quo id tantùm agitur, vt constet quis possideat, vt appareat quis in Iudicio Petitorio sit Reus, quis Actor *l. ait Prætor*. 1. §. 1. 2. 3. *ff. vti possid. l. ordinarij*. 13. *C. de rei vind. l. inter*. 62. *ff. de Iud. l. naturaliter*. §. *nihil commune*. *ff. de acquir. poss. §. retinendæ*. 4. *Inst. de interd.* Qui enim declaratur manutenendus in Possessione, releuatur ab onere probandi; quod refunditur in Actorem non possidentem; percipiente interim Reo fructus *l.* 2. *C. de probat. l. vlt. C. de rei vend. l.* 4. *C. de edend. l. in pari*. 128. *ff. de reg. iur. d. §. retinendæ. Inst. de interd.* [u].

XVI. In Possessorio vincit qui probat vel iustiorem, vel antiquiorem Possessionem, vel de tempore litis contestatæ, vel ante *a licèt causam*. 9. *de probat.*; vel etiam qui incontinenti probat (sed concludentissimè) Dominium, aut iustiorem Titulum.

XVII. Si dubium remanet, quis iustiorem, & antiquiorem habeat Possessionem, aut Iudex vnicuique dimidiam rei partem possidendam decernit, vt de altera in Petitorio agatur; vel si non est locus diuisioni, sequestratur, seu auocatur Possessio, donec Petitorum terminetur [x].

XVIII. Cumulatio Petitorij, & Possessorij regulariter non admittitur *l. ordinarij*. [illegible] *C. de rei vend. l. priùs*. 1. *C. de appellat. l. incerti*. 3. *C. de interd.*; quia implicat, aliquem prætendere se possidere, & agere Rei vendicatione, quę supponit Possessionem apud Reum *l. offi-*

t *Bracil. Inspect.* 2. *cap* 1. [illegible] *n.* 68. *& cap.* 2. *per tot.*
V. ad hæc *Manz. ad d. §. adipiscendæ. Instit. de Interd. ex n.* 16. *Fachin. contr. lib.* 8. *cap.* 92. *&* 93. *Merend. l.* 5. *cap.* 38. *&* 39.
Interdictum Quod legatorum & ipsum adipiscendę est: & de eo extat *tit. ff. quod legat.*, ad quem V. *Eckolt.*

u V. *Vinn. Bachou. & Manz. ad §. retinendæ. Inst. de interd.*

x V. *Vinn. ad §. retinendæ. Inst. de interd. n.* 4. *Manz. ibid. ex n.* 45. *Harpp. eod. n.* 36. 37. *Vuesemb. ad tit. ff. vti possid. n.* 5. *Eckolt. & Add. ibid. §.* 70. *Post. de manut. obseru.* 71. *per tot.*

tium. ff. de rei vend. 7. Sed tamen ex iusta causa eiusmodi Cumulatio conceditur a Principe [z].

XIX. Duo exempla Interdictorum Retinendæ dantur in §. *retinendæ. Inst. de interdict.* Primum est Vti possidetis. Hoc datur Possidenti contra molestantem eum in Possessione rei immobilis *l. [illegible] tot. tit. ff. & C. vti possid.* Iudex etiam non interpellatus, vbi iustiorem comperiat vnius Possessionem, potest alteri sub certa pœna inhibere, ne quid de facto tentet; & si dubitet, Possessionem sequestrare *l. æquissimum. in pr. ff. de vsufr.* Turbatus, in continenti, hoc est quamdiu durat turbatio, potest resistere de facto *arg. l. [illegible] §. cum igitur. 9. ff. de vi, & vi arm.* [a].

XX. Alterum appellatur Vtrubi. Datur ad tuendam rei mobilis Possessionem Turbato, non autem Deiecto *l. 1. & tot. tit. ff. vtrubi* [b].

Interdicta Recuperandæ.

XXI. HOrum exemplum in §. *recuperandæ. Inst. de interd.* affertur in Interdicto Vndeui; per quod vi deiectus a Possessione rei immobilis, agit, vt sibi restituatur Possessio amissa, remota omni Exceptione *l. 1. & tot. tit. C. vnde vi. l. 1. & tot. tit. ff. de vi, & vi arm.*, ob Regulam, quòd spoliatus ante omnia est restituendus *l. si quis. 7. C. ad l. Iul. de vi.* idque quanuis sit Prædo *c. in litteris. 5. de restit. spoliat.* Hoc Interdictum competit non solùm contra Spoliatorem, sed contra Mandantem, vel ratum habentem *l. 1. §. deiecisse. 12. l. 3. §. cum procurator. 10. & §. seqq. ff. de vi, & vi arm.* [c].

XXII. At pinguius Remedium inductum est ex Iure Canonico *ex can. redintegranda. 3. q. 1.* quo is, qui sine iustà causa excidit a Possessione seu rei immobilis, seu mobilis, agit ad eam recuperandam, contra quemcumque Possessorem siue malæ, siue bonæ fidei.

y V. *Gothofred. ad l. 3. C. de interd. in not. n. 1[illegible] 11. 12. Vinn. ad d. §. retinendæ. n. 3. Fachin. contr. lib. 8. cap. 6. lib. 10. cap. 86. Gonzal. Tellez. ad c. cum dilectus. 6. de caus. poss. & prop.*

z *Fachin. contr. lib. 8. cap. 7. Cyriac. contr. 10. n. 63. 64. lib. 1. Post. de manut. obseru. 7. ex n. 48.*

a V. *Manz. ad d. §. retinendæ. Inst. de interd. ex n. 13. ad 30. Mynsing. ibid. n. 7. Eckolt. ad tit. ff. vti possid.*

b *Manz. loc. cit. ex num. 30. Vinn. ibid. Eckolt. ad d. tit. vti possid. & ad tit. vtrubi;* penes quos, an hodie hæc Interdicta sint in vsu, & quid eorum loco successerit.

c V. *Manz. & Harpp. ad §. recuperandæ. Inst. de interd. Eckolt. ad tit. ff. de vi, & vi arm.*

XXIII.

XXIII. Ad hoc Remedium, duo Extrema probanda sunt. Primum est Antiquior Possessio spoliati *c. cum ad sedem. de restit. spol.*, quæ plenè, & concludenter est probanda. Alterum est Possessio iunior Rei conuenti; & ad hanc sufficiunt leuiores probationes *d. c. cum ad sedem.* In Beneficialibus tamen Actor tenetur vlteriùs probare Titulum, saltem coloratum, ne detur vitiosus ingressus.

XXIV. In Spolio Iudiciali, vltra prædicta duo Extrema, probandum est, quòd Iudex nulliter processerit: nam sic Iudicis factum reputatur factum Partis; ac proinde dicitur Pars ipsa spoliasse *c. ex insinuatione. de procurat. c. conquerente. de restit. spoliat.* [d].

d V. latè *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 14.* vbi omnia Interdicta Recuperandæ recensetur.

Ad ulteriorem vtilitatem de Interdictis V. *eundem Ridolphin.* vltra *loc. cit. cap. par. 2. cap. 6. 7. 10. 11. 12. per tot.* V. etiam *Deluc. de Iudic. disc. 44. per tot.*

§. XVI.

Breues Aphorismi

Circa Iudicia.

I. CVm Actiones exerceantur in Iudicio, sciendum est, quòd Iudicium est: Legitima discussio Controuersiæ coram Iudice [a]. Hinc constat ex tribus Personis; Iudicis, Actoris, Rei *l. Iulianus. 17. §. inter litigatores. 62. ff. de Iud. c. famos. 10. §. in omni. de verb. signif.*

II. Præparatoria Iudicij sunt, Citatio *§. fin. Inst. de pœn. tem. litig.*, & Libelli Oblatio *l. 1. & auth. offeratur. C. de litecontest.* Substantialia, Litis Contestatio *Glos. in c. duduum. 2. de elect.*, & Sententia *l. 55. de re iud.* Posteriora, Executio [b].

III. Omne Iudicium, aut Executiuum, aut Summarium, aut Ordinarium est [c].

IV. Executiuum non habet locum in Actionibus in Personam; nisi in causis priuilegiatis, quæ habent executionem paratam; vt Depositi *l. penult. C. depos.* Alimentorum futurorum *l. 2. ff. de ferijs*,

a *Ita Limnæus. Inspitut. aquæ de Iudic. & ex Vanespen. in Remiss. ff. de Iud. n. 50.*

b *Vanespen. ad tit. ff. de Iudic. n. 9. Reiffenst. eod. §. 2.*

c *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 3. n. 58. Deluc. de Iudic. disc. 1. n. 20.*

Literarum Cambij, Cedularum Mercatorum, Obligationis Cameralis [d].

V. Summarium expeditur de plano; & in eo satis est, quòd interueniant Acta respicientia Factum, vt Probationes, Testes, Scripturæ, etc. *clem. sæpe. de verb. signif.* [e].

VI. Ordinarium exigit obseruationem Solemnitatum, & Ordinis Iuris *l. prolatam. C. de sent. & interlocut.*; nempe Citationem, quæ est Iudicij fundamentum *clem. pastoralis. 2. de sent. & re iud. l. 5. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss.*: Litis Contestationem *l. 1. & auth. offeratur. C. de lit. contest. c. vn. extra eod.*: Iuramentum Calumniæ *§. 1. Inst. de pœn. tem. litig. l. 1. & tit. C. de iur. iur. propt. calum. c. 1. & tit. de Iuram. calum.*: Examen Testium, & eorum Publicationem *l. ge. fin. C. de re iud.*: Conclusionem in Causa *Gloss. in c. cum dilectus. de fid. Instrum.*: Sententiam in scriptis prolatam a Iudice sedente pro Tribunali *c. fin. de sent. & re iud. in 6. l. 1. & l. fin. C. de sent. ex peric. recit.*

VII. Probationes, Publicatio Processus, Dilationes, quia concernunt Ius Partis, si ommittantur, vel præposterentur, non vitiant Sententiam [f].

Partes Actoris.

VIII. DEbet conuenire Reum in ipsius Foro *l. iuris. 2. C. de Iurisd. omn. Iud. l. fin. C. vbi iuram. act.* Forum quis sortitur ratione Domicilij *l. 50. §. fin. ff. de Iud. c. licèt. fin. de for. compet.*, Originis *l. 6. & passim. ff. ad municipal. l. 1. & l. 4. C. de municip. & incol. lib. 10.*, Habitationis *l. 7. C. de incol.*: vel ratione Contractus *l. hæres. 19. §. proinde. ff. de Iud.*; Delicti *l. fin. ff. de accusat. l. 1. & auth. qua. C. vbi de crim. agi*; vel Causæ Continentiæ; hoc est ne diuidantur Causæ, inter se habentes connexionem *l. 1. C. de Iud.*: vel ratione Rei sitæ *l. fin. C. vbi in rem act. l. 38. ff. de Iud. d. c. licèt de for. compet.* [g].

IX. Non debet offerri Libellus ab Actore; sed sufficit talis qualis Petitio *c. dilecti. 6. de Iudic.*; dummodò sit clara, & certa; vt Reus

VI

d Et etiam in alijs, de quibus idem *Ridolphin. cit. par. 1. cap. 10. ex n. 59. & Delus. de Iudic. in summ. ex n. 185. & disc. 42.*

e V. *Ridolphin. in Prax. par. 2. cap. 1. ferè per tot.* vbi, quibus in Causis summariè procedatur.

f V. ad hæc *Ridolphin. in prax. par. 3. n. 1. & pluribus seqq. P. Phab. Instit. canon. lib. 3. a tit. 1. ad 15. Marant. in specul. par. 6. per tot.*

g V. *Vuesemb. ad tit. ff. de Iud. n. 6. Eckolt. & Add. ibid. §. 7.* Plenè *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. per tot.*

deliberare

deliberare queat, an contendere, an cedere velit *l. 1. in pr. ff. de edend. auth. offeratur. C. de lit. contest.*; & Iudex certam ferre possit Sententiam [h].

X. Cumulare potest Actor in eodem Iudicio plures Actiones [i] de eadem re, si tendunt ad diuersos fines *l. si quis. 54. inuict. gloss. ff. de furt.*, vel si sint pœnales *l. nunquam. 60. de obl. & act.*, modò oriantur ex pluribus Factis: at non potest, si sint contrariæ *l. 1. C. de furt. l. 14. & l. 16. C. de inoff. testam.*; si tendant ad eundem finem *l. quod in hæred. 9. § 1. de tribut. act.*; si Sententia lata in vna, pariat exceptionem rei iudicata in alia *l. 26. & l. 18. ff. de except.* [k].

XI. Actor ex Constitutione *c. vnic. de plus petit.* plus petens Re, vel Causa, condemnatur Reo in expensis: Plus petens Tempore, nobis inducias duplicatas; nec litem instaurat post eas, nisi refundat expensas: Plus petens Loco, tenetur ad id, quod interest. Si in prædictis plus petitionibus interueniat Dolus, totum amittit; nisi vel pœniteat ante litem contestatam; vel etiam Reus Dolo plus neget; vel Libello appositæ sint clausulæ: Saluo errore, Saluo Iure superflui [l].

XII. Potest in eodem Iudicio Actor vsque ad Sententiam declarare Verba libelli obscura *l. actorum. 46. ff. de re iudic. etc.* Potest & vsque ad Sententiam mutare circa Quantitatem; vel detrahendo, quia in summa maiore censetur deduxisse etiam minorem; vel etiam addendo, non solùm in Iudicijs Vniuersalibus, Petitionis hæreditatis, Familiæ erciscundæ, pro Dote, & de Peculio; & Generalibus, Tutelæ, Pro socio, Negotiorum gestorum, vt admittitur communiter; sed etiam in Singularibus, vt sentiunt alij ex *§. si minus. Inst. de act.* [m].

XIII. Mutatio circa Qualitates, quæ inducunt diuersitatem in substantia facti; & multò magis Mutatio circa ipsam Substantiam, nequit fieri, nisi vsque ad litis contestationem, iuxta communem: at si Qualitates sint extrinsecæ, nec alterent substantiam, potest fieri etiam vsque ad sententiam [n].

XIV. Substantia ita nequit mutari post litem contestatam, vt quò ad hoc nihil prosit clausula: Saluo Iure addendi, corrigendi, mutandi;

h. *Vnesemb. in Parat. ad tit. ff. de edend. n. 2. Eckolt. ibid. §. 2. V. Deluc. de Iudic. disc. 8. Manz. ad §. curare 32. Inst. de act.*

i. Comperendinatio in Actionibus prohibetur, & quid sit *Ant. Matth. de Criminis tit. de accusat. c. 9. n. 5.*

k. V. *Eckolt. ad tit. ff. de oblig. & act. §. 57. & seqq. Bachou. ad §. fin. Inst. de quadrup. pauper. feciss. dic. Deluc. de Iudic. disc. 15.*

l. V. *Manz. & Harpprecht. ad §. si quis agens. 23. Inst. de act. per tot.*

m. *Manz. ad §. si quis aliud. 35. Inst. de act. à n. 1. ad 10.*

n. V. *Manz. loc. cit. ex n. 9. ad 46. & seqq.*

Imò

Imò neque Partium Consensus, nisi fortè noua litis contestatio interueniat; & hæc satis induci videtur, quoties Iudex habeat consensum pro rato [o].

XV. Actor hodie legitimè agit in Iudicio tam per se, quàm per Procuratorem *pr. Inst. de ijs per quos ager. poss. l. 1. §. 2. ff. de procur.*; in Ciuilibus tamen *l. in pecuniarijs. 26. C. eod.*; non in Criminalibus [p], in quibus Pœna nequit executioni mandari in Procuratore *l. penult. §. 1. ff. de publ. Iud. l. 3. in pr. C. vbi Senat. vel clariss.* Procuratores tamen indigent Mandato, quia Legitimatio eorum Personæ est de Substantialibus Iudicij *l. 1. ff. de procurat.* [q].

XVI. Actor suo nomine agens, petente Reo, tenetur cauere vel per Pignora, vel per Fideiussores, vel per Iuramentum de refundendis expensis, & litis damnis, in casu, quo constet Reum iniustè tractum fuisse in Iudicium *auth. libellum. C. de lit. contest. Nouell. 96. cap. 1. Nouell. 112. cap. 2.* De stylo Curiarum, Curator ad litem non tenetur cauere [s].

XVII. Procurator in Iudicio, si Mandatum est certum, non tenetur cauere de rato *§. sin autem. 3. Instit. de ijs per quos agere. l. 1. C. de procur. l. 1. C. de satisd.*; si dubium, tenetur *arg. d. §. sin autem*; si nullum habeat, nullo modo admittitur, ne cum Cautione quidem; nisi agat pro Persona coniuncta vel in infinitum in Linea recta, vel intra quartum Gradum in collaterali *l. 35. ff. de procur. l. 12. C. eod.* [t].

XVIII. Administrantes res alienas, v. g. Tutores, Curatores, possunt ante litem contestatam constituere Actorem, at non Procuratorem; quia hunc dare potest solùm Dominus litis, vel rei *l. neque tutor. C. de procur. l. nec Ciuitatis. 74. ff. eod.*; at Tutor, Curator, etc.

o V. *Manz. loc. cit. a n. 46. ad fin.* & ad hanc materiam Mutationis, & Emendationis Libelli V. etiam *Mynsing. & Oinot. ad d. §. si quis aliud. per tot. Vuesemb. ad tit. ff. de edend. n. 8. Eckolt. & Add. ibid. §. 8. P. Phab. Inst. canon. lib. 3. tit. 5. n. 9.*

p In Criminalibus admittuntur Patroni, & Aduocati. Procurator indistinctè admittitur ad excusandam absentiam, at non ad tuendam innocentiam V. *Ant. Matth. de Crim. tit. de accusat. c. 4. per tot.*

q *Harpp. & Manz. ad tit. Inst. de ijs per quos ager. Eckolt. ad tit. ff. de Procur. §. 10. & per tot. P. Phab. can. Inst. lib. 3. tit. 3.* penes quos latè de Procuratoribus ad Iudicia.

s *Manz. ad §. sed hodie. 2. Inst. de ijs per quos ager. poss. ex n. 27. Harpp. ibid. n. 43.*

t *Gratian. decis. 75. n. 4. & 5.*

t *Mynsing. ad §. sin autem. Inst. de satisd. n. 3. Sabell. in summ. §. Persona. a n. 8. Manz. ad d. §. sin autem. a n. 1. ad 13. Eckolt. ad tit. ff. de procur. §. 10. & 11.*

ante

ante litem contestatam non sunt Domini litis *d. l. neque*. Nimirum ad que Procurator constitutus ad litem, substituere potest alium Procuratorem, nisi post litem contestatam; quia solùm post hanc sit Dominus litis *d. l. neque. & l. nulla. 13. C. eod.* u.

XIX. Si prædicti Administratores per se velint agere nomine suæ Administrationis, si de hac publicè constet, admittuntur etiam absque Satisdatione, quia sunt Quasi domini, & habentur loco Dominorum *l. qui fundum. ff. pro empt.* x.

Partes Rei.

XX. SI Actio nulla est, & incompetens, Reus allegat eius Nullitatem: si Actio ipso Iure subsistit, opponit Exceptionem *pr. Inst. de excep. l. 2. pr. ff. eod.* y. Quidquid prodest Reo ad agendum, multò magis prodest ad excipiendum *c. qui ad agendum. 71. de reg. iur. in 6. l. inuitus. 176. §. 1. de reg. iur.* z. Reus non vtens Exceptione, qua potest, iustè damnatur a.

XXI. Exceptiones Peremptoriæ non tantùm suspendunt Processum; sed perimunt totam Causam: vt Exceptio Doli mali, Quod metus causa, Pacti de non petendo in perpetuum, Iuris iurandi delati in Iudicio a Creditore, Rei iudicatæ, de quibus in *tit. Inst. de except. §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.*: & eiusmodi Exceptiones nequeunt opponi nisi post litem contestatam vsque ad Sententiam *l. 2. C. sent. reso. non poss. l. 4. l. 8. l. 9 C. de except.* Dilatoriæ non perimunt Causam sed aliquandiu retardant: vt Exceptio Incompetentiæ, Feriarum, Satisdationis, Pacti de non petendo ad certum tempus; de quibus *in §. 10. & 11. Inst. de act. l. 16. l. vlt. & l. pen. C. de except.*: & hæ possunt opponi tantùm ante litem contestatam *l. 13. C. de procur. l. penult. & l. fin. C. de except.* b.

u *Vuesemb. ad tit. ff. de Procur. n. 4.*

x *Manz. ad d. V. seu autem. ex n. 14. Mynsing. eod. n. 33.*

y *Vuesemb. ad tit. ff. de excep. n. 1. Oinot. ad pr. Inst. eod. n. 2. Harpp. ibid. ex n. 31.*

z *Tabor. in loc. comm. V. exceptio. axiom. 25. Eckolt. ad tit. de except. §. 8.*

a *Vuesemb. ad tit. ff. de except. n. 9. circa fin.*

b V. ad hanc materiam *Vuesemb. & Eckolt. ad tit. ff. de except. & Mann. & Vinn. ad tit. Inst. eod. per tot.*

XXII.

XXII. Quæ Exceptiones conspectant Principali, conceduntur etiam Fideiussoribus, etiam Principali inuito, & repugnante §. *exceptiones* [illegible] *Inst. de replicat. l. omnes.* 19. *ff. de except. l.* 11. *C. eod.* Intellige de Exceptionibus Realibus; nam Personales non communicantur Fideiussoribus. Sic quamuis Cedens bonis ponit post Cessionem opponere illius Exceptionem, ea tamen uti nequit Fideiussor *l.* §. *fin. Inst. de replicat. l.* 7. *C. de except.*

Partes Iudicis.

XXIII. Siue Iudex exerceat Officium Nobile, quod non deseruit Actioni *arg. l.* 1. *ff. de Iurisd. omni Iud.*; seu Mercenarium, quod Actioni deseruit *arg. l. quod si Ephest.* 4. §. 1. *de eo quod cert. loc.*, semper iudicare debet iuxta Leges, Constitutiones, & Consuetudines; alioquin Sententia est ipso Iure nulla *c.* 1. *de sent. & re iud. pr. Inst. de off. iud. auth. iubemus. C. de iud.* [d].

XXIV. Sententia alia est Interlocutoria. Hæc fertur super aliquo incidenti Articulo, pendente adhuc negotio principali *l. quod* [illegible]. 14. *de re iud.* Articuli Incidentes alij dicuntur Emergentes, qui superueniunt post litem, & tangunt Processum, non Causam. Sententia super his lata non perimit Causam. Alij dicuntur Incidentes in specie. Hi sunt priores ipsa lite, & concernunt Causam principalem, quamuis non directè, sed in consequentiam. Super his Sententia lata perimit Causam consecutiuè, v. g. si pronuncietur super Pacto de non petendo: Instrumentum habere executionem paratam, etc. Interlocutoria quippe habet vim Diffinitiuæ, quando impedit progressum ad vlteriora [e].

XXV. Alia est Sententia Diffinitiua. Hæc principalem Causam, vel in totum, vel in partem determinat *l.* 1. *C. de execut. rei iud. l.* 1. *l.* 4. § 6. *ff. de re iud. etc. l* 3. *C. de sent. & interloc.* Saltem in Iudicijs ordinarijs debet ferri in Tribunali à Iudice sedente *l.* 6. *C. eod. l.* 59. *de iudic. Nouell.* 71. *c.* 1. [f]; post litem contestatam; interdiu, non noctu, *c. consuluit.* 4. *de off. deleg. l.* 2. §. 31. *de orig. iur.*, nisi periculum sit in mora; Die iuridico non feriato *l. f. C. de fer. l.* 1.

c V. *Eckolt. loc. cit.* §. 18. *ad fin. Manz. ad* §. *fin. Inst. de replicat.* *Mutholt. dissert.* 19. *ex n.* 53. *ad fin. Harpp. ad pr. tit. Inst. de Off. Iud. ex n.* 15.
d V. *Eckolt. ad tit. ff. de re iudic. etc.* §. 24. & 25. *Vuesemb. ad eund. tit. n.* 4. *Ridolphin. in prax. par.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 102. *Deluc. de Iud. disc.* 36. *ex n.* 14.
f *Eckolt. loc. infa cit.*

§. 1.

§. 1. *ff. eod.*; citatis Litigantibus *l. 4. C. quom. & quand. iud.*; debet item recitari, & publicari ea ſcriptura *fin. de ſent. & re iud. & l. 2. & l. fin. C. de ſent. ex peric. recit.*; eſſe conformis Libello, ſaltem quò ad Cauſam, & Actionem *arg. l. 18. ff. comm. diuid.*; Certa vel expreſsè, vel per relationem ad aliud *tot. tit. C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. l. 5. §. 1. de re iud.*; Abſoluta, & non Conditionalis; niſi fortè Conditio ſtatim ſit purificanda *l. 1. §. 5. ff. quand. appell. 8.*

XXVI. Diffinitiuæ Effectus ſunt, vt poſt decendium tranſeat in rem iudicatam, niſi interponatur intra tale tempus Appellatio *l. 2. C. de ſent. ex peric. recit. l. 1. C. de re iud. c. 15. de ſent. & re iud. Auth. hodie. C. de appellat.*: vt ſemel pronunciata nequeat reſcindi, aut mutari *l. 55. ff. de re iud.*; niſi emendando verba, ſaluo tamen tenore ſententiæ *l. 46. ff. eod.*; vel ſupplendo quæ ſpectant ad illius Conſequentiam, modò vtrumque fiat eodem die *l. 42 ff eod.*

XXVII. Regulariter Sententia prolata nequit retractari nec ob Inſtrumenta nouiter reperta *l. 4. C. de re iud.*; præterquam in Cauſa publica *l. 35. ff. eod.*, in Cauſa Matrimoniali *c. 7. de ſent. & re iud.*, in caſu, quo lata eſt ex Iuramento ſuppletorio *l. 31. ff. de iure iur.*, vel vbi appareat Inſtrumentum dolo malo fuiſſe ſubtractum *arg. l. 19 C. de tranſact.*, vel Sententiam fuiſſe latam ex Inſtrumentis falſis *l. 1. & tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtr.*

XXVIII. Alij Diffinitiuæ Effectus ſunt; vt Iudex malè iudicando faciat Cauſam ſuam, & ob id poſſit conueniri Actione in factum *l. 2. C. de pœn. iudic. qui. l. fin. ff. de extr. cogn.*: vt Sententia faciat Ius; inter Partes tamen, non inter alios *l. 25. de ſtat. hom. l. 2. & 4. C. quib. res iud. non noc.*: vt pariat Actionem iudicati *l. 4 ff. de re iud.*: vt aperiat locum Executioni vel Manu militari *l. 68. de rei vend.*, vel captis Pignoribus *l. 15. de re iud.*, vel Miſſione in poſſeſſionem *l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. etc.* [h].

[g] V. Eckolt. *ad d. tit. ff. de re iud. §. 11. 12. 13. 14. & 15. Rudolphin. loc. cit. ex n. 45. Deluc. ibid. ex n. 1.*

[h] *Eckolt. loc. cit. ex §. 17. P. Phab. Inſt. canon. lib. 3. tit. 14. Deluc. cit. diſc. 36.*

INDEX


Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET VERBORVM OMNIVM.

Prior Numerus Paginam, alter Marginalem Numerum designat.

A

ACCEPTILATIO. Quid. pag. 139. n. 3.
Differt a Pacto de non petendo. ibid.
Requirit Aquilianam Stipulationem. ibid.
ACCESSIO. a Natura. 42. 13.
Facto Hominis. 44. 17.
ACCESSORIVM cedit Principali. 43. 14.
Adiunctum cedit Subiecto. ibid.
ACTIO. Quid. 153. 1.
Eius Definitio quomodo competat Reali. ibid.
Conuenit etiam Popularibus, vt quę post litem contestatam inducunt prætentionem. ibid.
Eius Diuisio ex multiplici respectu. ibid. 2. & seqq.
In rem, & in personam, quid. 155. 2. & seqq.
In personam interdum petit rem restitui, & quatione. 155. 156. 4.
In factum quando habeat locum. 161. 1.
Personalis Prętoria ex Conuentione propria triplex. ibid. 2.
De Constituta pecunia, vbi habeat locum. ibid.
& quare non habeat locum in obligatione merè ciuili. ibid.
De Peculio, contra quos. 163. 8.
In factum ex iureiurando. 161. 3.
Personalis Prætoria ex delicto proprio, triplex. 164. 12.
De Albo corrupto. ibid.
In factum de in ius vocando. ibid. 13.
De in ius vocato vi exempto. ibid. 14.
In reali est vtile exprimere etiam causã remotam. 157. 2.
Confessoria spectat ad Petitorium. ibid. 3.
Noxalis ex maleficio Filij non datur contra Patrem. 165. 15.
Mixta in rem, & personam an detur. 168. 1.

In rem nunquam eſt penalis, licet creſcat infitiando in lilem, aut vitiat pœna bonœuntialis. 169. 2.
Serui corrupti, an detur Patri pro Filijs, & Domino pro Famulis corruptis. 173. 24.
ACTIONES. Ex adiectione alienę materię proprio fundo, vel propriæ alieno. 44. 17. & ſeqq.
In rem Ciuiles tres. 156. 1. & ſeqq.
In rem Prætoriæ, ſeu Viles, quinque. 158. 1. & ſeqq.
Præiudiciales. 166. 17. & ſeqq.
Perſonales Prætoriæ ex obligatione aliena. 162. 5.
Ex voluntate expreſſa, Quod iuſſu. ibid. 6.
Ex tacita, triplex: Exercitoria, Inſitoria, Tributoria. ibid. 7. & 163. 10.
De in rem verſo. 163. 11.
Prætoriæ ex Delicto alieno, ſeu Noxales. 165. 15.
De Pauperie. ibid. 16.
De paſtu pecoris. ibid.
Actiones mixtæ in rem, & in perſonam, quæ. 168. 1. & ſeqq.
In rem, an queant eſſe Pœnales. 169. 1.
Perſonales, quæ perſequuntur rem, quæ pœnam, quæ vtramque. ibid. 2. & ſeqq.
Perſecutoriæ rei, & pœnæ, in quo differant. ibid. 5.
Perſecutoriæ rei ex Contractibus. 170. 6. & ſeqq.
Mere pœnales duæ: Furti manifeſti, & non. 171. 15. 16.
Pœnales mixtæ: Actio Vi bonorum raptorum, Legis Aquiliæ, & Actio ex teſtamento. 172. 18. & ſeqq.
Pœnales, in ſimplum, in duplum, in triplum, nunquam vltra quadruplum. ibid. 21. & ſeqq.
Actio Legis Aquiliæ quare in ſimplum. ibid. 22.
creſcit in duplum ob inficiationem. ibid. 23.
Actiones in duplum ſunt: Serui corrupti, Prætoria Depoſiti in caſu inficiationis, Ex teſtamento; Furti nec manifeſti. 172. 173. 23. 24.
In triplum, Condictitia de Sportulis. 173. 25.
In quadruplum, Furti manifeſti; Quod metus cauſa; De calumniatoribus; Condictio ex lege aduerſus Executores. ibid. 26.
Actiones Bonæ fidei, in quo ſenſu. 174. 1.
Quænam. ibid.
Negotiorum geſtorum, directa, & contraria. ibid.

Tutelæ

Tutelæ directa, & contraria. 174. 1. & 31. 6. & seqq.
Pignoratitia directa, & contraria. 174. 3. & 117. 17. & seqq.
Præscriptis verbis æstimatoria, & ex permutatione. 174. 3.
Actiones stricti iuris. ibid.
Petitio hereditatis, quare bonæ fidei, & ad quid. 175. 4.
Ex stipulatu pro dote, quare bonæ fidei, & eius priuilegia. ibid. 6.
Actiones Arbitrariæ, vnde; in quo differant ab Actionibus bonæ fidei; & quot sint. 177. 1.
De dolo, & De eo quod certo loco, quid. ibid. 3.
Ad exhibendum, & noxalis, quid. ibid. & seq. 5. & 6.
Personales in rem scriptæ, quare dantur contra possessorem. 155. 3.
ACTVS humani, & hominis vt differant. 1. 3.
ADITIO hæreditatis quomodo sit Quasi contractus, & quam Actionem pariat. 138. 5.
ADOPTIO quid, & quotuplex. 20. 1.
In specie, quot modis fiat. ibid. 2. & 3.
Quinam queant adoptare. ibid. 3.
ÆDIFICIVM. Aliud est esse Dominum eius, aliud materiæ. 45. 19.
AFFINITAS quid: in quo gradu dirimat Matrimonium. 18. 15. & 16.
ALVEVS derelictus quibus acquiratur. 42. 13.
ALLVVIO quid. 42. 13.
ARROGATIO quid. 21. 4.
Impuberis, quæ requirat. ibid. 5.
AVTHENTICA, seu Nouellæ quid: quomodo citentur. 6. 9. & 10.

B

BENEFICIVM Competentiæ quid: quibus detur. 178. 1. & seqq.
Quid speciale tribuat donatori. 179. 5.
Ad quos extendatur. ibid. 7.
BONA FIDES, Mala, Media. 41. 11.

Non datur in re immobili. ibid. 12.
Potest fieri de re aliena. ibid.
Recipit renouationem tantùm ex post. ibid. 13.
Regulare; Irregulare. ibid. 14.
Quomodo tamen contrahitur. 117. 15.
Irregulare, præter actionem depositi, cæteros re-
gularis effectus non participat. 116. 14.
Non transfert possessionem, vt Sequestrum. ibid. 11.
DETRACTIONES *accidentales quæ, & quando.* 84. 8.
Legales quæ, & quot. ibid. 9.
Legitimæ nequit prohiberi nisi per cautelam Socini. ibid.
Trebellianicæ, & Falcidiæ potest prohiberi. 85. 10.
Trebellianicæ quando dicatur prohibita tacitè. ibid.
Duarum quarumcumque eodem tempore non competunt. ibid. 11.
Trebellianicæ, nisi prohibeatur, semper habet locum. ibid. 10.
Falcidiæ, quæ in casu tantum habeat locum. ibid. 11.
DIES *incertus - quando - in vltimis voluntatibus fa-*
cit interdum conditionem, nunquam in contractibus. 70. 30.
DIGESTA *vnde sic dicta.* 5. 5.
Quare dicantur Pandectæ. ibid.
In quot volumina distribuantur. ibid.
Quomodo citentur. ibid. 6.
DIRECTA *actio ex triplici respectu.* 179. 1. & 180. 2. 3.
DIVISIO *quando fieri nequit Æqualis, quo reme-*
dio vtendum.
DOLVS *quando annullat contractus bonæ fidei.* 4.
Quando possit remitti. 111. 5.
Semper præstatur in contractu. ibid.
Dans causam, & incidens quid. 110. 4.
DOMINIVM *quomodo differat a cæteris Iuribus in re.* 38. 1.
Quid: quotuplex. ibid. 1. & 2.
A quibus causis oriatur. 39. 6.
Modi acquirendi de Iure gentium. 39. 1. & seqq.
In quo sensu adscribatur Iuri gentium. 39. 4.
De Iure Ciuili. 46. 1. & seqq.
Definitio Bartoli est de effectu non a causa. 38. 1.
DONATIO *cum traditione, & ex solo pacto differt.* 30. 16.
Non est propriè contractus. ibid.
Inter quos sit prohibita. ibid. 18.
Quando confirmetur Iuramento. 31. 22.

An requirat insinuationem: quid hac; quando fieri debeat. ibid. 19. & 20.
Quibus ex causis sit revocabilis. 52. 22. & 23.
Impropria ex quot causis. ibid. 24.
Quomodo hæc transeat in donationem inter vivos. ibid.
Eius revocatio in casibus permissis competit soli donatori, non eius hæredibus. ibid. 22.
Revocatio competens ob supervenientiam filiorum non cessat, quamvis liberi superstiti decedant ante Patris revocationem. ibid. 23.
Non facta a Patre potest fieri a Filijs ex propria persona, vel ab eorum hæredibus. ibid.
DOS. Actio ex stipulatu pro Dote, quæ specialia obtineat in iure. 175. 7.

E

EMANCIPATIO tacita ex quibus inducatur. 23. 2.
Emancipati licèt concurrant cum suis, non tamen immiscentur, sed adeunt, nec transmittunt ex iure suitatis, sed sanguinis. 96. 5.
EMPHYTEVSIS quid. 133. 20.
Acquisita dat dominium vtile. 134. 20.
Ex mundum acquisita oritur actio in Personam. ibid.
In ea interitus rei ad quem. ibid. 21.
Canon non remittitur ob sterilitatem. ibid.
Quomodo queat alienari. ibid. 22.
Quando devolvatur ob non solutum Canonem. ibid. 23.
EMPTIO, & Venditio quid, & quæ eius substantialia. 128. 2.
In ea pretium debet esse in pecunia, certum, & iustum, nec potest conferri in arbitrium contrahentis. 131. 13. & 14.
EMPTORI, & Conductori quæ Actiones. 170. & 171. 11. & 12.
ERROR quomodo vitiet matrimonium, & quando. 16. 6.
Quando vitiet contractum. 110. 4.
EXCEPTIO supponit actionem, & sic non datur contra nullitatem. 193. 20.
Exceptio quod metus causa. ibid. 21.
Doli quando habeat locum. ibid.
Rei iudicatæ quid operetur. ibid.
Pacti de non petendo quando sit perempteria, quando dilatoria. ibid.

Digitized by Google

Realis, at non personalis communicatur fideiussoribus 194. 22.
Pacti de non petendo quid, & ad quid. 193. 21.
Iurisiurandi quid, & quando habet locum. ibid.
Exceptiones sunt perpetuæ, & earum perpetuitas ad nullum tempus restringitur. 181. 6.
Peremptoriæ quid, & quæ. ibid.
Nequeunt opponi nisi post litem contestatam. ibid.
Dilatoriæ quid: quando possint opponi. ibid.
EXCVSATIONES *Tutoris, & Curatoris.* 32. 3.
Intra quod tempus proponendæ, & expediendæ. ibid.
EXEMPLARIS *Substitutio quid, a quibus, & quibus fiat.* 81. 17. & seqq.
In ea qui debeant substitui. ibid. 19.
Iniustè facta non sustinetur fauore Causæ Piæ, & cur. 82. 20.
EXHÆREDATIO *quid, & quomodo.* 73. 36.
Ex quibus Causis. ibid.
Admittit extensionem a causis expressis in iure, ad maiores, vel similes. ibid.

F

FAMILIA *quid.* 11. 1.
Ex quibus constituatur. 12. 2.
FOETVRA *Animalium, & Ancillarum differunt in ordine ad acquirendum Dominium.* 42. 13.
FIDEICOMMISSVM *vnde habuit originem, quid sit.* ibid. 2.
Vniuersale, & particulare quid. ibid.
Purum per se, & ex accidenti. ibid. 3.
Conditionale restitutorium. ibid. 4.
Conditionale conseruatorium. ibid.
Conseruatorium pœnale. ibid.
Restitutorium aliud simplex, & diuiduum, eius regulæ. 84. 5.
Aliud maioratus, & indiuiduum; eius regula. ibid.
Maioratus Saltuarius; eius regula. ibid. 6.
Fideicommissi tria requisita. ibid. 7.
Quibus detractionibus subsit. ibid. 8. & seqq.
FIDEIVSSOR *differt a Sponsore, a Constitutore, ab Expromissore, a Mandatore.* 122. 18. & seqq.

Digitized by Google

Nequit obligari in plus, quàm Principalis. 124. 21.
Si contrarium fiat, obligatio corruit in totum. ibid.
Accedens obligationi tantùm naturali obligatur
similiter, sed vt Principalis. ibid. 22.
Quibus obligationibus accedere nequeat. ibid. 23.
In Criminalibus quando admittatur. 125. 24.
De iudicio sistendo, ad quid teneatur: ibid.
Potest obligari arctius, quàm Principalis. ibid. 25.
Plura habet Beneficia. ibid. 26. *& seqq.*
Excussionis Beneficium quando non competat. ibid.
Diuisionis, quando, & ad quid. ibid. 27.
Cedendarum actionum, quid, & quando. 126. 28.
An competat post solutionem. ibid. 29.
FIDES. Inter Bonam, & Malam datur Media;
quæ habet effectus Bonæ. 41. 11.
FILIUSFAMILIAS. Quando sibi, quando Patri
acquirant. 60. 2. *& seqq.*
Differunt, Ens a Filium, & Filiumfamilias 22. 8.
FORUM. Quot modis quis sortiatur 190. 8.
FRUCTUS. Qui veniant in Petitione hereditatis. 175. 4.
A quibus imputari debeant in Trebellianicam. 85. 10.
FURTUM. Quid. 141. 2.
Manifestum, non manifestum. ibid. 3.
An, & quando teneatur seruus prælens furtum
consilium. 142. 4.
Quare in furtis Domesticorum nō detur Actio furti. ibid. 5.
Quare mitius puniatur Rapina, quàm Furtum. 143. 7.

H

HABITATIO. Tertia Seruitus Personalis. 238. 18.
Differt ab Vsu. ibid.
HABITATOR tenens aliquid suspensum ex proto-
lio, quando, & ad quid obligetur ex Quasi
maleficio. 150. 4.
HÆREDES. Voluntarij, Necessarij. 66. 15.
Sui qui sint. ibid.
Serui quomodo possint instituí. ibid. 16.
Quando in ijs cesset necessitas adeundi. ibid.
Sui hodie non sunt necessarij de Iure prætorio. ibid. 17.

Digitized by Google

Extranei adeunt, vel repudiant; Sui se immiscent, vel abstinent. ibid.
Sui nominatim instituendi, vel exheredandi. 67. 18.
Qui Incapaces, qui Indigni. 67. 19. & 68. 21.
Incapacitas quo tempore spectetur. 67. 18.
Hæredum Institutio multiformis, ut reguletur. 68. 23. & seqq.
Debet esse certa, & per verba positiva. 71. 31.
Liberi nequeunt institui sub casuali, ut possint extranei; & quare. 69. 27.
Hæredis institutio non admittit diem — a quo — nec — ad quem —. 70. 29.
Fallit, si dies sit Incertus. ibid. 30.
Quid si sit Incertus tantùm — quando —. ibid.
HÆRES. Nequit desinere esse Hæres per Restitutionem in integrum, aut per Conventionem. 70. 29.
Licèt obligetur ex Additione Legatarijs, & Fideicommissarijs ex Quasi, obligatur tamen Creditoribus ex vero Contractu. 138. 5.
HÆREDITARIVM IVS. Quid. 62. 1.
Est effectus Hæreditatis aditæ. ibid.
Ex eo fluit Petitio hæreditatis. ibid.
Ordinarium, & Extraordinarium, seu Conventionale. ibid. 2.
HÆREDITAS. Quid. Sub genere Successionis. ibid. 1.
Testamentaria, & Legitima. ibid. 3.
Vtraque Ciuilis, Prætoria. 104. 28.
Quando Delata, quando Adita. 75. 42.
Quæ Iacens, quæ Vacans, & earum effectus. ibid.
Aditæ effectus. ibid. 43.
Transmittitur ex tribus capitibus. ibid. 44.
HÆREDITATIS PETITIO, licèt sit in rem, quare sit bonæ fidei. 175. 4.
HYPOTHECA Tacita an pro illatis in Prædium rusticum. 160. 7. & 8.
Hypothecæ quid, quotuplex. 55. 6.
Modi eam constituendi. ibid.
Specialis quid importet supra Generalem. ibid. 8.

I

IMMISSIO ex l. fin. C. de Edic. D. Adr. tolli 73. 43. & 94. 25.
IMMOBILIA quæ dicantur. 36. 9.
Eorum nomine veniunt etiam quæ subrogantur in eorum locum. ibid.
IMPENSÆ necessariæ præstandæ sunt etiam mala fide facienti. 48. 22.
IMPERITIA, quando Quasi maleficium. 140. 2.
IMPVBERTAS. Quando expiret. 15. 4.
Quare citiùs desinat in Fœmina, quàm in Masculo. ibid.
INDEBITVM. Quid, & in quo fundetur. 138. 6. & 114. 6.
Quomodo dicatur Promutuum. ibid.
Quomodo sit Quasi contractus. ibid.
Nequit repeti salutum per errorem Iuris. 115. 7.
INGENVI qui sint. 10. 3.
INIVRIA. Quid. 146. 12.
Quot modis. ibid. 13.
Requirit animum. ibid. 12.
Quibus illata, inferatur etiam nobis. 147. 17.
Pro ea agitur ciuiliter ad æstimationem. ibid. 18.
Eius Actio quomodo tollatur. 148. 19. & 20.
Pro illata Viro, an, & quando detur Actio Vxori. 147. 17.
Iniuriarum Actio quando transeat ad hæredes. 148. 19.
INSTITVTIONES quando Editæ; quomodo citentur. 4. 3. & 4.
INSTITVTIO. Prohibitio ne instituantur Fratres Minores, a Tridentino restringitur ad Minores de Obseruantia, & Capucinos. 67. 19.
Instituí possunt Naturales in totum, non extantibus Legitimis: at præteriti non annullant, nec habent Querelam. 68. 20.
Instituí non prohibentur legitimi ex illegitimis cum naturalibus, & legitimis. ibid.
Liberi nequeunt instituí sub conditione casuali, nisi in conditionis defectum exhæredentur. 69. 27.
Quare Institutio admittat conditionem, & non diem. 70. 29.
Coniecturæ non habent locum in Institutione, licèt habeant in Legatis, & Fideicommissis. 71. 31.

Institutio revocari nequit per Codicillos, sed bene Substitutio. 72. 33.
INSVLA in femine duabus dequinatur. 42. 13.
INTERDICTA. Vnde inducta. 183. 1.
Prohibitoria, quæ. ibid. 2.
Restituteria, quæ. 184. 3.
Exhibitoria, quæ. ibid. 5.
INTERDICTA adipiscendæ – Quorum bonorum; Saluianum. 185. 7. & 8.
Retinendæ – Vti possidetis, Vtrubi. – 188. 19. & 20.
Recuperandæ – Vadium. ibid. 21 & 22.
INTERPRETATIO. Non cadit in claris. 3. 6.
Quando habeat locum. ibid. 7.
Duplex; Extensiua, & Restrictiua. ibid.
Extensiua admittitur tantùm in Iure communi. ibid.
Restrictiua in quo fundatur. ibid.
INTESTATVS quot modis quis decedat. 96. 2.
Parificatur cum Intestabili. ibid.
INVENTIO quomodo acquirat Dominium. 40. 5. 6. & 7.
IVDEX. Quando faciat Sententiam suam. 195. 28.
Eius partes in aliquibus Actionibus. 168. 5.
IVDICIS Officium quid. 194. 23.
Nobile, Mercenarium. ibid.
IVDICIVM. Quid, & quot personis constet. 189. 1.
Eius Præparatoria; Substantialia; Posteriora. ibid. 2.
Executiuum, Ordinarium, Summarium. ibid. 3.
Ex quorum omissione vitietur, vel non. 190. 7.
Quando incipiat ab Executione. 183. 1.
IVRAMENTVM Decisorium quid. 162. 4.
IVRIS PRVDENTIA quid. 2. 5. *in fin.*
Eius officium. ibid.
IVS, a Iustitia, vt a forma. ibid.
Publicum, Priuatum. 3. 8.
Naturale in Specie. ibid.
Gentium, Primæum, Secundarium. ibid. 9.
Ciuile. 4. 10.
Scriptum, seu Expressum. ibid. 12.
Non Scriptum, seu Tacitum. ibid.
IVRIS CIVILIS Communis Partes. 4. 1. & seq.
Qua ratione habeant hodie Vim Legis. 7. 3.

Priuati

Digitized by Google

Priuati obiecta. ibid. 4.
Iuris Præcepta, seu Principia. 4. 11.
Analogicè prædicatur de pluribus. 2. 5.
Municipale est respectiuè Ius Commune. 4. 10.
Ius vitæ, & necis in Seruos, quomodo fuerit de Iure gentium. 12. 2.
IVS RERVM. Quid, & quotuplex. 37. 10.
Ad rem, quid; ex quot causis. ibid.
In re, quid, & quotuplex. ibid.
Ad rem, idem ac Obligatio. ibid.
IVS REPRÆSENTATIONIS. In Linea recta in infinitum. 98. 10.
In Collaterali, quando, & ad quem gradum. 101. 14.
IVSTITIA. In quo, & quid. 2. 1. & 2.
Vniuersalis quæ; quando dicatur Virtus. ibid. 3.
Particularis, Commutatiua, Distributiua. ibid. 4.
Vtraque in quo fundetur. ibid.
Vniuersalis, in quo distinguatur a Virtute in genere. ibid. 3.
Vniuersalis, & particularis, quo respectu distinguuntur. ibid.

L

LEGATVM. Quid. 85. 1.
A quibus, & quibus legari queat. ibid.
Capacitas in Legatario quæ tempora respiciat. ibid.
Facta, & res quid requirant vt possint legari. 86. 2.
Rei propriæ non subsistit Legatum, etiam post alienationem a Legatario factam. ibid.
Rei alienæ quomodo, & quando valeat. ibid. 5.
Quid si Legatarius acquisierit rem alienam, sibi legatam. 87. 7.
Legatum inutile, quomodo fiat vtile. ibid. 8.
Speciei, Generis, Quantitatis quid; & eorũ Regulæ. ibid. 9. & 10.
Generis quomodo differat a legato Optionis. 88. 9.
Quantitatis annuæ, quomodo reguletur. 89. 11.
An sit vnicum, vel multiplex. ibid.
In Legato quando detur concursus, & Ius accrescendi. ibid. 13.
Legatum idem, ab vno pluribus, vel a pluribus vni. 90. [illegible]

Admittit

Admitte conditionem, diem, pœnam. 91. 17. & seqq.
Pœna caducitatis quando habeat locum. ibid. 19.
Legati augmentum, vel decrementum. 92. 20.
Quando sit ademptum vel expressè, vel tacitè. ibid. 21.
Conditionale non purificatum, non transmittitur. 120. 6.
Eius Dominium, a morte Testatoris recta via transit in Legatarium. 93. 23.
Liberationis, præstandum ab hærede. 94. ibid.
Idem de Nomine debitoris legato alij a debitore. ibid.
Optionis non transit ante optionem. ibid.
Actiones pro Legato. 94. 24.
Pro eo, an competat remedium l. fin. C. de Edic. etc. ibid. 25.
Potest ordinari etiam in Codicillis. ibid. 26.
Legatum non sit conditionale ex conditione subintellecta a Lege, unde remanet transmissibile. 86. 4.
Ad ademptionem in Codicillis sufficit numerus testium necessarius ad probationem. 93. 22.
An possit peti via executiva. 94. 25.
Pro re ipsa legata non datur hypotheca ria. ibid. 24.
LEGISLATOR. Quot in eo requirantur. 1. 2.
LEGITIMA. Quid, & quanta. 72. 35.
In ea necessariò instituendæ sunt certæ personæ. ibid.
Nequit prohiberi. 84. 9.
Vbi adsunt soli Nepotes ex filio præmortuo, computatur ex eorum numero. 72. 35.
Ad Supplementum datur Codicillis ex Lege, at non Hypotheca rià, nisi in casu, quo Legitima sit legata. 73. 37.
Debita Fratribus præteritis non est aucta vltra quartam. 74. 40.
LEGITIMATIO, quid, & quotuplex. 19. 1. & seqq.
LEX. Eius Etymologia; Definitio. 1. 1.
Causa efficiens. ibid. 2.
Naturalis, Positiua, a qua Causa. ibid. 3. & 4.
Legis Materia, Quæ, & Cui. ibid. 5.
Forma Natiua; Datiua. ibid. 6.
Promulgatio unde necessaria. ibid.
Vis Directiua; Coactiua. 2. 7.
Differt a Consilio. ibid.
Causa finalis. ibid. 8.
Quot modis quid sint Leges. 7. 8.

LIBEL

LIBELLARIVS [illegible], *quid*. 134. 24.
LIBELLVS quare certus. 190. 9.
Quando corrigi, vel mutari possit. 191. 12.
LIBELLVS FAMOSVS, quando sit talis. 147. 15.
LIBERTAS, quid. 9. 1.
Quomodo dicatur [illegible] *Iure Naturæ*. ibid.
LIBERTI, qui. 10. 4.
Differunt a Libertinis. ibid.
LINEA cognitionis quid; quotuplex. 17. 18.
In obliqua quomodo computentur gradus de Iure ciuili & de Iure canonico. ibid.
LITTERARVM OBLIGATIO, quid; ad quid. 127. 1.
LOCATIO, & Conductio. Alia rem, alia operarum. 132. 15.
Eius Substantialia. 133. 16.
Consensus quando sufficiat tacitus. ibid. 17.
Merces, in quo. ibid. 18.
Quando debeat remitti Merces. ibid. 19.
Quando [illegible]*ti possit Conductor*. ibid.
Locatori, & Conductori quæ Actiones. 171. 13. & 14.

M

MALEFICIA. Propria, Quasi: in rem, in personam. 141. 19.
Quasi maleficium ex qua ratione obliget. 149. 1.
Quare ex eo detur tantùm Actio in factum. 152. 7.
MANDATVM. 136. 1.
Rei turpis non dat Actionem. ibid.
Est gratuitum. ibid.
Susceptum obligat. ibid. 30.
Quando soluitur contraria voluntate. ibid. 31.
Quando expiret morte. ibid.
Eius Actio directa, & contraria. 170. 9.
Vtilis quo casu detur. 136. 32.
MARITVS est Dominus rei Dotalis, durante Matrimonio, sed caret facultate alienandi. 59. 2.
MATRIMONIVM Soluitur ex causis duplicis generis. 15. 4. & seqq. 17. 9.
Vt vitietur per metum. 26. 7.
Eius Impedimentum de Iure canonico. 28. 17.
An requiratur consensus Parentum. 19. 28.

Digitized by Google

MILITARIS SVBSTITVTIO quando hodie sit priuilegiata. 82. 23.
MVTVVM, quid. 113. 3.
Mutuans non solùm dicitur credere, sed ire in creditum. ibid.

N

NATVRALES quando, & in quo succedant ab intestato. 97. 6.
In quo possint institui. [illegible]. 20.
NEGOTIORVM GESTIO quid. 137. 2.
Quas actiones pariat. ibid.
NOVATIO. Eius requisita. 139. 5.
Trahitur ad obligationis accessoria: hæc quænam sint. 140. 6.
In quo differat a Delegatione. ibid.
An inducatur ex coniecturis, saltem ad effectum excipiendi. 139. 5.
NVPTIÆ vnde dictæ, & quid. 14. 1.

O

OBLIGATIO. Quid; ex quo Iure: triplex. 105. 1. & 2.
Naturalis quæ. ibid. 3.
Alia plenior; alia minus plena. ibid.
Ciuilis mera; mixta. 107. 7. & 8.
Ex quot causis. 108. 9. & 10.
Dandi, & faciendi, in quo differant. ibid.
Quot modis tollatur. 138. 1. & seqq.
Nomine Naturalis obligationis Leges ciuiles intelligunt tantùm eam, quæ licèt non prosit ad agendum, iuuat tamen ad excipiendum. 106. 6.
Merè ciuilis non repugnat æquitati, quia illam præsumit. 107. 7.
Dandi, quare non suppleatur per æquipollens. 108. 10.
Faciendi, an semper suppleri possit præstando quod interest. ibid.
Dandi, est diuidua, & inuariabilis; Faciendi indiuidua, & variabilis. 121. 10.

Obli-

Obligationi faciendi pœna adiecta loco eius, quod interest, potest exigi, quamuis nihil interfuerit. ibid.
Conditionalis, quare pendente conditione transmittatur, & non Legatum. 120. 6.
OCCVPATIO ve[illegible] *ficta.* 39. 1. & seqq.
Vera rerum nullius, quot modis. ibid. 2. & seqq.
Res singulorum quomodo acquirat. 41. 8.

P

PACTVM NVDVM. Quos effectus pariat. 109. 3.
Quando producat Actionem de Iure ciuili. ibid.
PATER FAMILIAS quis. 14. 5.
PAVLIANA quid, & ad quid. 159. 5.
PECVLIVM quid, & quotuplex. 60. 2. & seqq.
Profectitium quot modis. 61. 5.
Qua[illegible]a Filio pariat. ibid.
Aduenticium quando pleno iure sit Filij. ibid. 6.
In hoc Filiusfamilias habet hæredes ab intestato. ibid. 7.
De hoc quãdo Filiusfam. possit dispo[illegible]re inter viuos. ibid. 8.
De eo nunquam potest testari, sed tantùm de Castrensi, & Quasi. ibid. & 60. 4.
PECVNIA quomodo veniat nomine Rerũ in cõporalium. 36. 9.
POENA adijcitur obligationi faciendi. 121. 10.
Potest exigi sine interesse. ibid.
POENITENTIA non habet locum in Contractibus nominatis perfectis. 129. 5.
PEREGRINITAS quid. 11. 2.
PERPETVÆ Actiones. 180. 1.
PERSONA quid. 9. 1.
PERSONARVM diuisio in Liberos, & Seruos. ibid. 1.
In Ciues, & Peregrinos: 11. 1.
In sui, & alieni Iuris. ibid. 1.
Personarum diuisio sui Iuris. 25. 1.
PICTVRA, vt & Scriptura quando cedant Subiecto, quando non. 43. 14.
PIGNVS vt Contractus realis, quid. 117. 17.
Quomodo differat ab Hypotheca. ibid. 16.
Quam Actionem pariat. ibid. 17.
Hæc quando differat ab Hypothecaria. 118. 18.

Digitized by Google

PLVS petens Re, vel Causa damnatur in expensis. 191. 22.
Tempore, ad quid damnetur. ibid.
Loco, tenetur ad interesse. ibid.
Ex dolo post litem contestatam, totum amittit; nisi etiam Reus dolo neget, vel adsint clausulæ sal[illegible]s. ibid.
POSSESSIO quomodo possit dici Ius. 53. 2.
Quotuplex. 54. 3.
Eius effectus. ibid. 5.
Quando possidens debeat probare titulum. ibid.
Transfundit onus probandi in non possidentem. ibid.
In dubio diuiditur, vel, si res est indiuidua, auocatur. 197. 17.
POSSESSOR bonæ fidei quomodo sit Dominus fructuũ. 42. 12.
Num teneatur ad fructus, in quibus factus est locupletior. ibid.
POSSESSORIVM regulariter non cumulatur cum Petitorio. 187. 18.
POSTHVMI alij veri, alij Quasi. 2[illegible]
Rumpunt Testamentum, non Codicillos. 71. 32.
POTESTAS DOMINICA quæ. 12. 1.
POTESTAS PATRIA quæ: quo iure. 13. 1. & 2.
Quare non detur in Matre. ibid. 2.
In quas personas competat. ibid. 3. & 14. 5.
Ex quot causis oriatur. ibid. 8.
Quod ius importet. ibid. 6. & 7.
Quos effectus producat. ibid. 7.
Quibus modis dissoluatur. 23. 1. & seqq.
PRECARIVM an possit concedi ad tempus, & vsum determinatum. 115. 8.
PRÆIVDICIALES Actiones quæ, & quot. 166. 17. & seqq.
PRÆSCRIPTIO, & Vsucapio in quo differant. 47. 2.
Quo iure inducta sit, & quid sit. ibid. 3.
Quæ res possint præscribi. ibid. 4.
Ex parte præscribentis quid requiratur. ibid. 5. & seqq.
Quid ex parte temporis. 48. 8.
In quibus detur triennalis, quadriennalis &c. ibid. 10.
Quando differat a Consuetudine. 49. 13.
Statutaria, quid, & quos effectus habeat. ibid. 14.
Actio pro vsufructu constituendo quare præscribatur solo decennio, aut vicennio. 180. 1.
PRINCEPS, & Lex habent dominium vniuersale. 59. 2.

PRO-

PROCVRATOR non acquirit Dominium Mandanti niſi per poſſeſſionem, huius nomine captam. 61. 9.
In iudicio admittitur in Ciuilibus, non in Criminalibus, & cur. 192. 15.
Quando teneatur cauere de rato. *ibid.* 17.
Ad Iudicia, a quibus poſſit conſtitui.... *ibid.* 18.
Quando admittatur ſine Mandato. 192. 13.
Nequit ſubſtituere ante litem conteſtatam. *ibid.* 12.
A quibus nequeat conſtitui ante litem conteſtatam. *ibid.*
PVBLICIANA Actio quid; cui, & ad quid. 158. 2.
PVPILLARIS Subſtitutio quid. 19. 12.
Expreſſa excludit prorſus Matrem. 80. 14.
Tacita quid, & quando Matrem excludat. *ibid.*
Tacita facta in re certa, cuius Subſtitutionis vim habeat. *ibid.* 15.
Quando exparet præmoriente Subſtituto. 81. 16.
PVPILLVS, & Minor per ſe non poſſunt alienare. 59. 2.
Quãdo, & quomodo obligetur ſine Tutoris auctoritate. 29. 19.

Q

QVANTITAS in Iure quid. 113. 1.
QVARTA debita Impuberi arrogato, an ſit portionis debitæ ab inteſtato, an omnium bonorum. 25. 7.
QVASI CONTRACTVS nititur obligationi præſumptæ a Iure. 137. 1.
Eſt quintuplex. *ibid.* 2. & ſeqq.
QVASI MALEFICIA, in quo conſiſtant, & quæ ſint. 140. 1.
Ex ijs oritur Actio in factum. 152. 7.
Hæc tranſit ad hæredem damnificati, non damnificantis. *ibid.*
QVERELA inofficioſi quando habeat locum. 72. 34.
Eius requiſita, & quibus competat. *ibid.* 35. & ſeqq.
Reſcindit ſolam Inſtitutionem, non alia Relicta. *ibid.* 36.
Quando ceſſet. 74. 41.
Non competit Matri exhæredatæ a Filio, ſi renunciauit Legitimæ, & omni iuri. *ibid.* 39.
Non tranſmittitur diſſimulata poſt hæredis aditionem; ſecus eſt ſi ante. *ibid.* 41.

R

RAPINA quid, quam Actionem pariat, & in quantum. 143. 6. 7.
Obligat Raptorem etiam Actione furti. 144. 7.
RECIPROCA Substitutio dicitur etiam Breuiloqua. 82. 21.
REGVLA quod; cessante ratione &c. quid requirat. 3. 7.
REI nomen quid. 35. 1.
Rerum diuisio in genere. ibid. 2.
Res nullius quæ mediæ; Sacræ, Religiosæ, Sanctæ. ibid. 3. & seqq.
Communes: Publicæ, Vniuersitatis. 36. 6. & seq.
Singulorum: Corporales, Incorporales. ibid. 9.
REI VINDICATIO quæ Corporalibus: Directa, Vtilis. 156. 1.
In qua non sit opus exprimere Dominium. ibid.
Datur interdum & contra non possidentem. 158. 5.
RESCISSORIA quid, cui, & ad quid. 159. 3. & 4.

S

SALVIANVM quid; ad quid; Vnde: Directum, Vtile. 185. 8. & seqq.
In quibus differat a Seruiana. 186. 11.
SATISDATIO a Tutoribus, & Curatoribus quæ, & quando. 32. 2.
SENTENTIA quid. 194. 23.
Interlocutoria super incidenti. ibid. 24.
Finalis in specie, & Emergens. ibid.
Sæpe habet vim diffinitiuæ. ibid.
Diffinitiua quid, & eius requisita. ibid. 25.
Quomodo debeat esse conformis Libello. ibid.
Quomodo possit esse Conditionalis. ibid.
Debet esse certa saltem per relationem. ibid.
Quomodo possit mutari. 95. 26.
Quando possit retractari ex nouis probationibus. ibid. 27.
Diffinitiuæ effectus: Executio quot modis. ibid. 28.
SERVI vnde, & quot modis. 9. 1.
Non est idem, Esse Seruum, & in Seruitute. 10. 3.
Acquirunt Dominium Domino, etiam ignoranti, & inuito. 60. 1.
Possessionem extra causam Peculij, tantùm scienti. ibid.

Digitized by Google

Adire hereditatem, nisi iussu Domini. ibid.
Fideicommissum, etiam Domino ignorante. ibid.
SERVIANA quid, & pro quibus rebus. 160. 6. & seqq.
Quasi Seruiana quid. ibid. 9.
SERVITVS quid ratione Status. 9. 1.
SERVITVS vt est Ius in re, quid, quotuplex. 56. 9.
Vnde personalis, vnde realis. ibid.
Realis, Rustica, Vrbana, non ex loco, sed ex vsu. ibid. 10.
Exempla Realium. ibid. 11.
Communia Rusticis, & Vrbanis. 57. 13.
Exempla personalium: bis communia. ibid. 14. & seq.
SOCIETAS omnium bonorum. 135. 25.
Bonorum simpliciter. ibid.
Differt a Comunione. ibid. 26.
Non valet eum pacto, vt vnus tantùm præstet damni. ibid. 27.
Non transit ad hæredes. ibid. 28.
SOLVTIO Vera, Ficta. 138. 2.
Fictæ solutionis plures species. 139. 3. & seqq.
Non valet vnius pro alio; nec partialis, nec ante diem, inuito Creditore. 138. 2.
SPECIES in iure quid. 113. 1.
SPECIFICATIO quid, & quando acquirat Dominiũ. 43. 15.
Differt ab ea Confusio, Commixtio, Ferruminatio, Adplumbatio. 44. 16.
SPOLIVM, & eius requisita. 188. 21. & seqq.
In beneficialibus debet Actor, vltra antiquam possessionem, probare aliquem titulum. 189. 23.
In iudiciali, vltra possessionem, probandum est quòd Iudex nulliter processerit. ibid. 24.
SPONSALIA differunt a Matrimonio. 15. 2.
STATVS hominum quid, & quotuplex. 9. 1.
STIPVLATIO quid. 118.
Differt a Pacto, Pollicitatione. ibid.
Ex quo iure. 119.
Quando Condictio certi; quando Actio ex stipulatu. ibid.
Hodie pendet a voluntate partium, non a formulis. ibid.
Quem effectum producat Pura, In diem, Conditionalis. ibid. 2.
Conditionalis transmittitur, & per hoc differt a Legato. 120.

Annua

Annua quomodo pura, & in diem. ibid. 8.
An transeat ad hæredes. ibid. 9.
Dandi, & faciendi quomodo differant. 121. 10.
Quando, & quomodo inutilis. 122. 14. & seqq.
SVBSTITVTIO in genere: Directa, Obliqua. 76. 1. & seqq.
Directa quotuplex. 77. 3.
In vulgari verius est, quòd casus voluntatis comprehendat casum impotentiæ, & è contra, 77. 4.
In vtroque casu tollit ius Suitatis. 78. 6.
Vulgaris reconualescit, si Aditio rescindatur per restitutionem in integrum. ibid. 7.
Vulgaris anomala non habet locum, si constat, Testatorem voluisse ordinare fideicõmissum graduale. 79. 11.
Pupillaris non caducatur premoriente substituto ante pupillum: quod fallit in duobus casibus. 81. 16.
Exemplaris quibus casibus euanescit, non sustinetur ex substitutione piæ Causæ, & quare. 82. 20.
SVCCESSIO ab intestato. Eius ordo. 95. 1. & seqq.
Quando in Stirpes, quando in Capita. 98. 9. & 10.
Ascendentium quomodo reguletur. 99. 11.
Paterni, & Materni succedunt per lineam, non per stirpes. ibid.
Quando concurrant cum ijs Collaterales, & qui. ibid. 14.
Quando adsunt soli Filij ex fratribus, si in successione Patrui concurrunt cum Ascendente, receptius est quòd succedant in stirpes. ibid. 14.
Cessante concursu cum Ascendente, receptius est quod succedant in capita. 101. 20.
Succedunt in Stirpes quamuis sint Filij Fratrum vtrinque coniunctorum defuncto, si concurrant cum Patruo vnilatere. ibid. 19.
Collateralium quæ regulæ. ibid. 18.
In paternis quando Consanguinei; in maternis quando soli Vterini. 102. 22.
Collaterales non succedunt vltra decimum gradum. ibid. 23.
Viri, & Vxoris quando. 103. 24.
In Casu inopiæ quomodo alter alteri succedat. ibid. 25.
Deuoluitur ad Fiscum Iure non hæreditario, sed superioritatis. ibid. 26.
SVCCESSIO prætoria, seu Bonorum possessio. 104. 28.

SV.

Digitized by Google

SVSPECTI TVTORES, ET CVRATORES, quando removti fiant. infames. 33. 8.

T

TEMPVS quare nec inducat, nec tollat Obligationem Ciuilem. 107. 7.
TESTAMENTVM unde, & quid. 63. 5.
Factum publica fide non requirit Solemnitates. ibid.
Priuata fide, Solemne, Minùs solemne. ibid.
Solemne, Scriptum, & Nuncupatiuum, Scripti requisita. ibid. 6.
Nuncupatiuum: Explicitum, Implicitum. ibid. 7.
In utroque de forma septem Testes, & qui. 64. 8.
Minùs solemne quid, & quibus casibus valeat. ibid. 10.
Testamenti factio quibus interdicta. 65. 12.
Eius forma, intrinseca, extrinseca: 66. 14.
Ob Praeteritionem est nullum: ob Posthumum suum rumpitur. 71. 32.
An etiam quoad Legata etc. utrumque procedat. ibid.
Quando Iniustum, Destitutum, Inofficiosum. 72. 34. & 96. 2.
Etiam de adventitijs, imò & profectitijs potest Filiusfamilias testari ad Pias causas. 61. 8. & 65. 12.
Filiusfamilias Clericus indistinctè potest testari. 65. 12.
In testamento ad Pias Causas non est necessaria institutio. ibid. 11.
Monachus quando, & quomodo possit testari. ibid. 12.
In testamento quando fieri queant Contractus. 66. 14.
Intestatus, & Intestabilis differunt re, sed non effectu iuris. 96. 2.
THESAVRVS cui acquiratur de Iure gentium. 40. 7.
Quo iure spectet ad Principes. ibid.
TIGNVM. Eius Actio quare semper sit in duplum tam in casu Bonae, quàm Malae fidei. 45. 19.
TRADITIO quomodo transferat Dominium. 43. 9.
Quotuplex. ibid. 10.
TRANSITVS ad secundas nuptias excludit utrumque Parentem a successionibus filij in proprietate. 100. 16. & 17.
TVTELA quid: a quo iure: quotuplex. 25. 2.
Testamentaria non datur in Codicillis ab intest.

U, nec in Testamento imperfecto. ibid. 3.
Eius requisita, & quando dicatur deficere. 29. 17. & seqq.
Legitima; Ordinaria, Extraordinaria. 27. 10. & 11.
Vtraque in quo fundetur. ibid.
Datiua quid, & quando. 28. 12.
Quomodo finiatur. 30. 22.
Pro ea, & Cura quæ Actiones. 33. 6. & seqq.

TVTOR *In testamento quare decerni possit cohæredato, at non emancipato.* 25. 4.
Quare possit dari sub conditione, & die a Testatore; & non a Iudice. 26. 8.
Ventri non datur Tutor, sed Curator; & quare. 28. 22.
Clericus an possit esse Tutor. 32. 3.
Datiuus a quibus, & quomodo peti debeat. 28. 12. & 13.
Qui nequeunt esse Tutores, vel Curatores. 32. 1.
Quomodo suscipiant Officium. ibid. 2. & 29. 17.
Quomodo, & quando præstent Auctoritatem. ibid. 18.
Quid præstent. 33. 5.

V

VENATIO. 59. 2. & 3.
Quo iure facta sit Iuris Principum. 40. 4.
VENDITO *etiam facta sub Conditione ponderationis, numerationis, mensurationis, est Pura, nec relinquit locum Pœnitentiæ.* 128. 4.
In ea cadit euictio. 130. 10.
In venditione Iactus, si aliquid pretiosum sit extractum, pertinet ad venditorem. 129. 7.
Quo sensu in Venditione, & reliquis Contractibus dicatur, licere se inuicem decipere. 131. 14.
VSVS. *Quid differat ab Vsufructu.* 58. 17.
VSVS FRVCTVS *Formalis differt a Causali.* 57. 14.
Verus, Quasi. ibid. 15.
Necessarius, Voluntarius. ibid.
Quomodo extinguatur. 58. 16.
Eo finito, ad quem spectent Fructus. ibid. 19.
VSVFRVCTVARIVS *quando acquirat Dominium fructuum.* 41. 8.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google